VERA. EFFIGIES. GEORGY
THOMSONI. M.D.
Ætatis. Suæ. 50. W. Sherwin ad viu. faciebat

VERA. EFFIGIES. GEORGY
THOMSONI. M.D.
Ætatis. Suæ. 50. W. Sherwin ad viu. faciebat

Τρία πειρητήρια ἀνήκεστα.

SIVE

EXPERIMENTA ADMIRANDA,

Cum Obſervationibus *INSOLITIS* *MEDICO-CHYMICIS*;

In quibus Materia Medica, ejuſq; Manufactura Philoſophica ampliùs Examinatur,

IN

Tribus Tractatulis Contenta:

In { Loimotomiæ Synopſi in Gratiam Alienigenarum,
Lythocolo,
Splenotomia.

Per Doctiſſimum Authorem *Georgium Thompſonum*, longiùs ante Obitum Scriptis tantundem ob Commodum univerſale; cum Appendice aliquorum Remediorum Dr. *Thompſoni* & aliorum, in lucem Editis per *Richardum Hope*, Philo-Chymicum.

LONDONI,
Impenſis *Edv. Millingtoni*, ad Inſigne Bibliorum in vico vulgò vocato *Little Britain*: 1680.

BODLEIANA BIBL.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM
benevolum.

DE primis principiis ac rerum originibus omnes ſymmiſtæ & magi ſapientes myſticè ſcripſerunt. Quam difficile ergo ſit proprias naturalium eſſentias ſimul cum ſuis Cauſis, veris Effectibus,

bus, Defectibus, ac alterationibus investigare ac callere, Nemo sufficienter demonstrare possit, qui non naturæ penetralium explorator diligens sit. At qui Observationibus Curiosis delectantur semper vera ac realia hominum expertorum experimenta undique operæ pretium observare existimant: ut scientiam eorum per rationes rectificatas magis confirment, qualia sunt

ΠΕΙΡΗΤΗΡΙΑ ΑΝΗΚΟΥΣΤΑ

Authoris Georg. Thomsoni M.D. quæ ob Commodum Universale Typis mandentur

dentur promiſit in Libris ejus olim impreſſis. Hæc Manuſcripta nuper accepi ab ejus Executore, quæ diù per aliquos magnopere deſiderata fuerunt, ita jam me quoque plurimi ſæpe hæc ejus Experimenta evulgare obnixè ſolicitaverunt. Hic doctiſſimus ſedulóque ſtudioſus perſpicáxque Author indies progreſſus aut defectus Naturæ penetrales indagans (labori nullo parcens) ut inveniret, imò ut ſcientiam acquireret aliósque ſanaret, ſæpe vitam ac ſanitatem ſuam periclitatus ſit, quod

præter hæc ſua ſcripta (multi teſtificari poſſunt) ex quibus in morbis medendis, obſervatione digna multa addiſcas. In his Tractatulis ſequentibus deſcriptiones invenias trium Hiſtoriarum mirabilium, quorum tituli ſunt **ΛΟΙΜΟΤΟΜΙΑ**, *ſive* **Anatomiæ Peſtis Synopſis, Lythocolon, Splenotomia**; *in quibus Judicium Authoris practicum, materiam Medicam ejuſque Manufacturam Philoſophicam, notes ut quoque Medicinarum uſus & Doſes largiùs, quàm in cæteris*

ris ejus ſcripis Tractat cum ſuis experimentis ac Obſervationibus Curioſis, eis indè particulariter deductis, quæ omnia ad rectam methodum medendi Chymicè conducunt, ut per Spirituum Vitalium in vigorationem (qui Spiritus Vitalis Sanitatis ac ægritudinis cauſa principalis & efficiens eſt) demonſtrat, Spiritus multiplicando per remedia eorum texturis ſimillima, eorum furorem & indignationem objectis delectabilibus pacificando, promptitudinem indulgendo, appetitum Ardentem gratificando

cando obſcuritatem illuminando, : Ita in plurimis Morbis Remedia hæc Polychreſta modo optimo preparata, exquiſite purificata, ſpiritui vitali familiaria facta, gradatim tempore pauco ſaltem interſtinunt, ſi non penitùs ſemina ſeu Ideas Morboſas (ab irregularibus Archei turbati paſſionibus) delineatas in Vitæ eſſentia expungunt ſeu extinguunt. Aut Archeo exhibent, ut in ſpeculo ideam horridam Morbi delineatam, ità ut impoſſibile ſit, ſed poſt aliquas priorum errorum recollecti-

ones

ones resipiscere, atque apud talis objecti præsentiam intuitui ejus oblati insigniter conquiescere: quorum aspectibus Cosmianis ENOPMON *Componunt, per quos mortis imagines deformes evadere incipiunt, in quorum vicibus licet ruditer principio, picturam sanitatis futuræ pingunt; denique per ostia propria, cum euphoria ac emolumento materiam illam irritantem ac peccantem, exturbare, exterminare, vel excludere (quæ multipliciter disturbat Archeum) opitulantur; quæ omnia sine fer-*

fermentorum læsione, vel instrumentorum alteratione, vel officinarum ullarum digestionum, efficiunt. Per multos annos his utens remediis ad meipsius ac ægrotorum multorum sanitatem sufficienter eorum efficientiam, & bonitatem in Morbis plurimis medendis probavi: attamen tum multo magis (postquam Author scientiam ejus mihi communicavit ac in medicinarum suarum peritia & manufactura me instruxit) earum excellentem prestantiam intellexi. Author simplicium dotes specificas magni æstimat

ſtimat; Quamvis contra methodum communem Medicorum Galenicorum & abuſum, inſufficientiam & noxias Medicinarum inconcinne compoſitarum, maléq; præparatarum valde invexit; ità ut Cautiones & Directiones multas in ejus libris ſæpe legas. Proculdubiò multi prudentes ingenioſique homines Medicinas has Nobiles (ſæpè per longam experientiam probatas) imitaturi ſint, etiamſi tandem poſt explorationes ſeu tentamina frequentia ſummis earum perfectionibus non attingerent

gerent, ne Medicinæ invalentiam sed eorum inertiam seu imperitiam culpent. Attamen forsasse nonnulli sunt, qui medicinarum aliquarum harum concreta seu subjecta imparata intelligunt; qui suis præparationibus nomina ac virtutes eásdem attribuunt: quamvis immunditer, incorrectè (ad earum qualitates sanativas) incongruéque confuderint: Imò affirmare audeo quod cuicunque impossibile sit, quanquam receptus legibiliter descriptos habuerit absque directione frequenti

vel

vel inſpectione oculari imprimis vicibus remedia hæc benè rectéque præparare. Nam qui nunquam Concretum Tractandi, modum Philoſophicum diù ſæpéque exercuerint, vel viderint, difficilitèr ad exactæ purificationis vel mixtionis adæquatæ ſigna appellent. Jam etiam ut ægrotus remedia hæc inveniat, quibus ſanitatem amiſſam recuperet, emptórque non fraudetur, neq; ancillam pro domina accipiat, in fine libri annexi appendicem ſeu Catalogum Authoris remediorum in quo aliquarum Medicinarum

rum effectus & Doſes brevitèr ipſe deſcripſit, quas omnes benè ac fidelitèr præparo; cum multis aliis, quas mecum ſervo: quod hic in genere contractim dixi de Authoris obſervationibus, directionibus ac medicinis plenius ac particularitèr in ejus Libris legas, quibus legentibus ſi quicquam intellectui magis perſpicuè apparet ad mentis illuminationem vel poſt ullarum medicinarum harum uſum diligentem, ac probationem, Corporis ſani præſervandi vel ægri ſanandi

nandi ſucceſſum bonum, eventúmque felicem invenias. Deo tri-uni optimo maximo redde laudem ac gloriam qui unicuique ſuum donum bonum ac perfectum dedit:

Vale.

Tibi Benigne Lector,

Devotiſſimus

Richardus Hope.

Ex Ædibus *Thompſonianis* 1. *Dec.* 1679. in vico vulgo vocato *Well-Court*, prope *Queen-ſtreet*.

Ob festinationem Typographicam, & Indocti Amanuensis inscitiam hæc & alia literaria irrepserunt vitia, quæ facilè benignus corrigat Lector.

PAg. 8. l. 7. lege *alterata*. p. 4. l. 20. *claritatem*. p. 25. l. 6. *hoc effectum hyst. prot. edit. fer.* p. 40. l. 14. *attactu*. p. 44. l. penult. *gradatim*. p. 45. l. 7. pro *non*, lege *æque*. p. 55. l. 21. *genuina*. p. 64. l. ult. *cera*. p. 66. l. 27. *bubonibus*. l. 17. *idem*. p. 72. l. 3. *argillaceis*. l. 7. *addenda*, *Sumpto emercathartico Acrumnosa in magnas difficultates incidit de salute Animum desponden quasi partus Laboribus afflicta*. p. 74. l. 15. *deculpandos*. p. 77. l. 18. *conoides*. p. 86. l. 11. *pro Sulph. l. splene*. p. 115. l. 12. טוחל p. 121. l. 19. *nunc*. p. 131. l. 13. *adde* ob *Hæmor*. p. 143. l. 20. *facta*. p. 146. l. 3. *quos*. p. 148. l. 8. *glomerata*. l. 16. *evoμμ*. p. 150. l. 11. *emicuerunt*. p. 153. l. 23. *duum viratus*. p. 154. l. 1. *radiali*. p. 155. l. 22. *excandefaciant*. p. 156. l. 11. *incubus*. p. 157. l. 23. *magia*.

ΛΟΙΜΟΤΟΜΙΑ.

SIVE

PESTIS Anatomiæ Synopsis.

IN QUA

Causa Materialis, Efficiens, Subjectum, & Signa Pestis succinctè exhibentur, cum Cadaveris pestilentis ab Authore accuratè dissecti Narratiuncula, necnon Observationibus aliquot inde emergentibus; item adversus Pestem Moderamen Prophylacticum ac Therapeuticum instituitur.

EX nostra Lingua Vernacula in Idioma Latinum Cadaveris Pestilentis dissectionis Historiam vertere, eandémque compendiosè narrare ob commodum universale opere dignum censui. In posterum scilicet Alienigeni instituti

de noſtro auſu inſolito, religiosè intento, aliquem ſalutiferum, ut Spero, fructum reportabunt.

De Peſtis nuncupatione, Quidditate, Causâque Materiali.

A B Hebræis denominatur רבר à radice רבר locutus eſt, vel (ut ſumitur in ſenſu malo) perdidit, quòd ſit res à Deo edicta vel decreta, aut quaſi ſit perditio. A Græcis λοιμὸς à λοιμεύομαι, corrumpo, πλαγὴ, à πλήσσω, percutio, vulnero: A Latinis Peſtis, quaſi pereſtis, peredo, vel Plaga: Anglicè, *Plague, Peſt.*

Quoad hujus Plagæ Eſſentiam, definimus, vel deſcribimus eſſe Morbum Contagioſum, ſæpe numero peracutum, à Febre occulta vel manifeſta, concomitante, à Gas virulento ſeu veneno ſubtiliſſimè graduato ortum vel intus genitum, vel à foris receptum injectúmve: ad cujus acceſſum Realem vel Phantaſticum Archeo Pavor incutitur, unde deſpondens à Tabe captivus ducitur, ſubſtantia intoxicata ſui ipſius ex parte veſtitus in quâ imaginem deleteriam hujus Entis Morboſi determinati quaſi graphice depingit. Hu

Hujus diræ calamitatis Causam materialem Gas virulento vel Spiritui Sylvestri Venenoso intus excusso vel ab extra ingruenti delegamus. Hujusmodi Atomis malignis nonnunquam scatet Aer, cujus textura à Cœlestium Luminarium influentia alterutra cujuscunq; exhalationis fracidæ, & putridæ sit capax. Hæ certè in quibusdam locis particulæ peregrinæ adeo evectæ fuerunt, ut vitalem Spiritum, æque ac Sulphuris fumus, insectas, profligarint ac confestim suffocarint.

Profectò scienter pronunciavit *Hippocrates*; Ineſſe morbis quibusdam τὸ θεῖον, nempe, abstrusam malignitatem quam supra *Galeni*, ἐπίμικτον, id est, Elementa, Temperimenta, ac Humores: quibus si quis institerit, nunquam Pestis genuinam Dignotionem, ac sanationem acquiret; Quare cognoscendum est hæc corpuscula contagiosa, eadem quæ Spiritus nostri leptomeriâ prædita, sub hac Amici larva speciosa libentiùs primitùs in nostra quidem penetralia vitæque recessus admitti; sed vitæ Custos pernicioso halitu odoratus errorem suum

deprehendens, ad Hoſtis præſentiam in Odium, Terrorem, Confuſionem, atque Conſternationem præcipitatur; tum Oeconomiæ gubernationis frœna abjiciens, in ruinam properat: Nec mirum ſane videatur cùm non ſolùm Animata, ſed etiam inanimata iis quæ Sympathiam, Concordantiam, atque congruitatem cum ſuis conſtitutivis habent, maximè delectantur: E contra quæ diſſonantiam, diſparitatem, vel Antipathiam, cum Natura peculiari tenuerint, averſantur, repellúntque. Paria enim cum paribus avidè congregantur: Siquidem Aer nos perpetuò ambiat, neque pro momento eodem indigere valeamus; neceſſe eſt, ut indeſinenter à Corpuſculis intra ejus poroſitates contentis afficiantur Spiritus, qui juxta charitatem, vel opacitatem, benignitatem, vel malitiam, Magnalia contentorum melius deteriúſve ſe habent; Quapropter ſi quando in Aere Atomi indolis ſylveſtris Efferati, Auræ vitali infenſi, conglobentur Ægritudines juxta materiæ occaſionalis irritatricis Analogiam, ſubjectíque modulum erumpunt,

punt, lumen Animale, nisi potiores sint vires & Constitutio valde ingenua, extinguitur. Jam vere Materia Antecedens Pestis vel intra Microcosmi parietes immediatè fabricatur, vel à miasmate tabido Corporum multiplicium, vel Aporrhæis noxiis per poros Cutis furtim prorepentibus, vel in ductus patulos irruentibus. Os autem, & Nares viæ sunt maximè solitæ, per quas diræ hujus luis particulæ venenosæ transeunt; quatenus respiratione vita jugiter sustinetur; quæ Aura subtili, serena, defæcata mirè reficitur; atquè à fætida, crassa, fracida, sæpe interficitur: Sunt quidem exhalationes Topicæ Mephiticæ, & res ita situ sentæ, quæ vitæ lucernam repentè vel suffocant, vel caligant.

Asteriſco dignum est, quod *Josephus Acosta*, refert de peculiari Aeris valva sive Peroledo super Montem *Periachacam*, ubi fluctuant corpuscula spiritibus nostris adeo adversaria; ut extemplò in illis tumultum excitent, unde Sanguinis vomitio violenta, Defectiones usque ad Mortem, aliáque Symptomata atrocia, viatores tam-

diu infestant, donec hunc pernicio-ſum locum tranſierint. Perhibetur tam noxium halitum à lacu quodam in *Hungaria* aſcendere, quo Peſtifero odore aves tranſvolitantes enecantur. Quam portentoſos affectus proferunt nonnulla Climata, quæ vi petrifica prædita Animalia in ſaxa tranſmutâſſe famigerantur. Quinimo ſunt tractus oculis Malefici, alii dentibus nocivi. Hæ Plagæ notantur Scorbuticæ, illæ Dyſentericæ, quædam febriculoſæ, vel Arthriticæ, etiam ſparſim Peſtilentiales, videlicet certo animadverſum eſt, Peſtem in *Gran Cairo*, *Ægypti* urbe grandiſſima, tam exacta periodo populum adorire, graſſare, atque manſueſcere quo minus ambigant incolæ, quin ſævientis Luis Invaſio; æquè ac ceſſatio præcisè præſagiri poſſint. Hujus ſane Calamitatis fluxus, ſubitique refluxus ratio ſatis abſtruſa videtur. Sed prout conjicimus credibiliter cauſam Aeri, ejuſque contentis ſiderum influxu alterato aſcribere licet. Enimvero licet ſtellæ per ſe ſint innocuæ, ac ab impuritatis labe, aut peſtifera proprietate

etate planè immunes: nihilominus Multiplices innovationes, ac Motationes in noſtra Atmoſphæra creant; quo ſpirabile ad ſtatum ſoſpitem vel inſalubrem diſponatur. Idcirco æſtuante cœlo Morbos malignos dominari exploramus, quod contingit à Phœbi calore appropinquante, concreta rerum ſemina reſolvente, eorúmque fermenta expergefaciente, putrefactionem inducente, craſſa rarefaciente: Hoc pacto Ambiens infinitis diverſi generis particulis Pulmonum Archeo ingratis repletur. Cæteroquin Sole longius remoto à frigore intenſo, omnium ſemina ſopiuntur, expirationes reſtringuntur, partes condenſantur, corruptio inhibetur, hujuſque cladis Miaſma bacchans domatur, exoleſcit, fateſcítque.

Cauſam Materialem Peſtis Antecedentem ſequitur conjuncta conſideranda: Hîc quidam Heterodoxus videar in defendendo cum *Helmontio* Archei portiunculam Miaſmate virulento conſpurcatam, Continentem hujus mali rationem conſtituere. In Archeo ſcilicet contaminato, hujus

Plagæ Idea terribilis adumbratur; quæ nisi festinanter expungatur, Vitiatáque Materia ab Immaculata profligetur, vitæ perditionem molitur.

De Formali sive Efficiente Pestis Causa, Materia per se effæta est, nisi à Spiritu actuetur, qui in eandem Entis speciem peculiarem conformet Accidentibus individuis, atque proprietatibus Essentialibus ab aliis sejunctam. Hic Spiritus Archeus, τὸ ἰνορμον; sedem principalem in spermate elegit, sine quo nihil in hoc rerum Systemate existentiam habeat: Imò sanè ipsi Morbi potestate seminali, spiritu Energetico, fermento transfigurativo, Ideáque expressa fiunt, quarum dotationum medio, Morbus instituitur Ens reale verum.

Morbis inesse semen calamitatis in posteros propagandi, vel traducendi vi imbutum testantur Mala Hæreditaria, uti Calculus, Arthritis, &c. Quæ à genitoribus apud filios, ab Avísque, apud seros Nepotes, pro legato crebrò deponuntur. Seminibus Nosopæis serviunt Fermenta; cujuscunque Alterationis Machinatores, sine quibus

quibus Initia rerum in ſuo Chaos ſopita manent, Azymoſeos ſcilicet Energia; venenum Peſtilentiale admodum evehitur, quo ſanguine diffuſo ejus partium ſitus confunditur, liber fluxus impeditur, inde ſequitur Coagulatio Balſami vivifici, & in Tartaream ſubſtantiam degeneratio: Neque deeſt in Ægritudinibus Spiritus Architectonicus, qui veluti Vulcanus univerſa noſtra mala Corporea procudit, agítque juxta exemplar, Typum, Idæam Archeo impreſſam; etenim ab hoc Charactere durante dirigitur Agens in Morbis Inchoandis, ingraveſcendis nec non abſolvendis. Sed enim advertendum eſt hanc νοσοποιιαν, ſive Morbos producendi modum ſeu rationem præter Creatoris Intentum à Protoplaſti prævaricatione in omnes poſteros traductam fuiſſe. Ex quo homo ſibi maxime exitioſus Hoſtis reputetur; ita ut ſenſu non diſtorto dicatur, neminem lædi à ſeipſo. Profecto extravagantes, Inordinatæ, Venenoſæ, deformes, Melancholicæ iſtæ Imagines, ab Archeo irritato Indignabundo, Moroſo, Anxio, formi-

formidoloſo, conſtructæ; Corporis Oeconomiam miſerè perturbant: Imò ita nonnunquam prævalent iſtæ meræ Idææ, ut ex nihilo hoc aliquod morboſum reale producunt: Utpote vi fortis Phantaſiæ abſente Materiali cauſa, Semen Peſtilentiale Sanguini mandatur, quod fermento turgidum in hanc virulenti morbi ſpeciem determinatum ab Archeo plaſmatum gliſcit; tandémque adoleſcit vitæ lampadem extincturum, in virus ejus tabificum informetur, & Idææ mortifera deleatur. O, nos miſeros, quorum perditio à nobis ipſis provenit! Quippe ſpiritus ille vitalis, qui actiones ſanas, etiam Morboſas edit. In eadem Olla Mors, & vita continentur: Non immeritò quæretur utrum ſumus ſatius Phylauti vel Miſauti Αὐτοῦ, vel Heautontimorumeni, quòd Ærumna noſtra primariò intrinſecus, non forinſecus oriatur; Saltem particulæ illæ pravæ in Aere fluctuantes, intus admiſſæ, nequeunt per ſe agritudinem inferre, niſi Cuſtos, ſive Excubitor Animalis, Hoſtis Naturæ appulſum abhorreſcens, in fugam ſe propripiat.

Interea

Interea Fermentum deleterium imminet Zymeæ Mumialis peſſundationis. Exin Aggreſſoris ditionem, Arcem Vitalem dedens, Archei portio proditoriè, cum Materia Morbifica totius exitium contexit; eandémque animans Idæam deteſtandam, ſeminalem, juxta quam acturus eſt fingit, & hæc quidem exiſtet Peſtis Origo Embrionata ſerius, aut citius maturitatem Adepta, prout Phantaſia, Fermenta Mumialia, venenum tabificum, Archeúſque fortiter vel languidè egerint.

De Subjecto, in quo Peſtis electiſſimè inhæret, à Spiritui ſingulæ cujuſque partis Stationario, vel timidè vel perfidè, peſtem excipi ſignificavi. Quacunque verò in Corporis Periphæriâ, ingrediuntur hæc corpuſcula fœda, non ceſſant niſi præproperè abſcindantur; quin toto niſu ad Animæ Centrum; nempe Stomachum præmonſtrante viam Indigena Zotico, contendant. In hoc Thoro membranoſo ſedem peculiarem elegit hic morbus κατ' ἐξοχὴν, ubi toxicum ſuum quaqua verſum ejaculatur, modo Heteroclito

teroclito; nunc inſtar Opii effectus, Soporem, vel Diſpoſitionem Lethargicam, nunc Delirium, vel Phrenitidem inducens: ac ſi Cicuta nucéſve inſanæ deglutitæ fuiſſent; ἀκινήσιαν, aliás ἐναισθήσιαν Paralyſeos, more Torpedinis malignitatem æmulans: tum demum motum jugem irregularem velut à Tarantulæ ictus, efficit hunc Sitis cum Febre quaſi à Serpente Dipſode, morſum vexat; illum iterum apyretum, ſaltem ad tactum Rigor, profundus algor, membra acſi à Scorpione percuſſa affligunt; unus Boulimia, appetitu edendi avido paulo ante obitum infeſtatur, alter anorexiam habet, ipſum edulii odorem abominans: Nonnulli contundunt velut ſyderati; aliorum vitæ filum lenocinio apparentis Manſuetudinis protrahitur ad aliquot Dies, imò Septimanas; tandémque ex improviſo ferocitas hujus luis ferinæ depromitur. Uſq; adeo in Præcordiis, quaſi in ſolio ſedens, hæc clades Tyrannica dominatur. Prædicti veritatem, ipſemet proprio periculo confirmare valeo; quamvis ſcilicet dum cadaver peſtilens dividerem, e-

juſque

júſque tabum contractarem; Contagium per Manus Cutim perreptavit, ibi impreſſionem inferens; nunquam tamen ceſſavit hoc virus ſubtiliſſimum, donec in Stomacho, ejuſque collega Splene ſtationem fixerit, inde Symptomatum plorabilium Tragœdiam, in hac Microcoſmi ſcena acturam. Neque Peſtis ſolummodo in hac Membrana præchariſſima potiſſimum hoſpitatur, ſed morbi innumeri quaſi in utero incubantur, foventur, ac conſummantur, quod alibi in Hæmatiaſi probavi: Quamprimùm enim quivis à Febre correptus fuerat, Eutonia Stomachi flacceſſit, fermentum illius alienatur, oppreſſio præcordialis ingruit, Anonexia, Nauſea, Vomitus, Cardiogmus, ſitis, &c. moleſtant.

De Peſtis Signis.

PEſtem ab aliis Morbis diſcrimina-ri, nonnunquam perarduum eſt; quoniam ſignum Pathagnomonicum vix continet quod non aliis ſit commune: Primus ergo hujus luis acceſſus ita non rarò expertos latet, ut ſoli Omniſcio ejus inſtans Miaſma cognoſcatur Arundine percuſſum lethali; feſtivè loqui, Eſitare, ac libere bibere, Athletice Exſpaticiari, Venerem, Ludos, Jocóſque (prout alios) exercere eſt Peſtis peſtilentiſſimæ, à Clandeſtino Naturæ Hoſte, veluti Cuniculario ſubrui, qui vitæ Caſtrum ex improviſò dilacerat, hujus mali ſimultatem, uſque ad amarulentiæ Culmen elatum oſtendit; quoniam, ſi hujus Baſiliſci proſpectus Medico gnavo tempeſtive daretur, ejus Malitia virulenta Remediis Peſtifugis facilè retunderetur. Quare cùm ita comparatum ſit nos hujus Monſtri inſultum ignorare, Arcanorum hujuſmodi Panoplia inſtrui debemus, quæ nos quoad fieri poſſit, invulneratos, ſaltem

tem ab ejus exitio immunes cuſtodiat, ut veruntamen non diſpondere licet, quin nonnulla ſigna præcedentia Hiatrum ſedulum ad hujus Plagæ excellentis maturam Diagnoſin, ac prognoſin diducant.

Stellæ quidem in Signa, tempora, Dies & Annos conditæ ſunt, multáque notabilia proculdubio præſignificant: Atqui quatenus noſter Intellectus in harum notitia Semiotica hallucinetur, Aſtrologorum prædictiones à Corporum Cœleſtium aſpectu, Motu Conjunctione, &c. Derivatas, Arbitrarias, ancipites, fallaces, atque amphibologicas intueor. Conceſſum eſt quiddam conjecturale ad Epidemicorum prænotionem tradi poſſe, ſed juxta paſſiones noſtras, inclinationes, affectúſve, adeo obliquè ſenſum genuinum diſtorquemus, ut ad futuram Calamitatum præcautionem parum ædificet.

Ut ut Dierum vetuſtate agnitum eſt; Cometas Ærumnas diráque mala mortalibus interminari. Item Parelia, Paraſelenæ, Dracones volantes, Trabes, ſcintillæ, Stellæ, nuſquam

ante

ante apparentes, Prælia, Copiarum Dimicationes in Aere, Sandapilæ per Æthera vectæ, Ululatus, Gemitus Stridores apud Cœmiteria, pariter etiam Pluviæ cruentæ, Lapidatio, vel insolitæ Materiæ à Cœlo descensus, & similia portenta insignes Alterationes in Aere, indéque Ægritudines Acutas consequentes præsagiunt. Deinde Tempestas intempestiva, ceu sicca, squalida vel impensè humida, siquando Liquida Odorem fracidum exspirent, Corruptelam contrahunt; ubicunque Insecta Maligna supra modum scatent, uti Bufones, Ramæ, Muscæ, Cimices, &c. Si Pecus, sui generis contagiosa, correpti affatim pereant. Cùm morbi male-morati, variolæ, Morbilli, Febres Petechiales, Scorbutum, nuperæ Pestis cominùs ingruentis prænuntium, grassentur, valdéque sæviunt. Hæc in universum pro Cladis appropinquantis præmonitione sufficiant, quo magis accuratè præmuniamur.

Quod attinet ad Phœnomena, vel Pestis instantis signa stricte perpendamus, quam promiscuè aliorum Morborum

borum, præcipue Scorbuti Symptomata Peſte involvantur. Interim prorſus in ipſo hujus mali ovo, Signorum Syndromen, cum omnibus circumſtantiis, ſolicitè luſtrare oportet, ut apparentiæ, quæ ſingulæ de Mali ſpecie nos adorti Medicum erudire non valeant, plures in faſciculum collectæ ritè excuſſæ edoceant.

Idcirco cùm oppreſſio Præcordialis, Nauſea, Vomitus, Vertigo, Cephalalgia, Tunicæ, Oculorum gravitas, rubedóque, Reſpiratio anguſta, Linguæ ſiccitas, ac Aſperitas, ſitis vehemens, vel nulla; Comatoſa ſive Lethargica diſpoſitio, Agrypnia, Inquietudo, ſui diſplicentia, Pantaſiæ læſio, Senſuum depravatio, Delirium vel Phrenitis, Spirituum defectio, Cordis palpitatio Lipothymia, Stupor uſpiam, vel Torpor, Tremor, laſſitudo ſpontanea, Caloris vel Frigoris repentina viciſſitudo, & alternata, Dolores vagi, Compunctionéſque potiſſimum in Emunctoriis: Papulæ, Phlyctænæ, Veſiculæ, Maculæ, Bubones, Carbunculi Emergentes, Febris aperta, vel occulta, modo lenes,

modo immanes, Pulſus debilis, inæqualis, intermittens, formicans, vermiculans, Urina probabilis, optimè colorata infirmitatem nequicquam prodens. Hæc ſi pleraque ſigna extent, ſagaci Curatori permiſſum eſt audacter pronunciare hunc vell illum, fœdo Miaſmate contaminatum eſſe. Fauſtus ille cui præſto ſit fidus Auxiliator, qui hujus viperæ clandeſtinæ caput, in ipſis primordiis collidat, retardans ne ulterius ſerpat Contagium virulentum, ſanguinem colliquando ac Coagulando. Eodem ergo nonnullos peſte infectos apparenter bene valentes commonefeci; ut ad lectum ſe conferant, Madorémque univerſalem acquirant: hoc ſcilicet modo ſumptis Diaphoreticis, Exanthemata, Tubercula, Veſiculæ, ac Bubones in noſtræ artis decus ac vitæ ſalutem erupérunt: Imò Frater meus adverſus hanc luem Prophylacticis ac Therapeuticis incumbens, tam largam Salium Volatilium, Sulphùrúmq; ſummè defæcatorum quantitatem deglutivit, ut ſanguine ſine coagulatione in Vaſis liberè circumlato non difflatóque, mini-

minimum efflorescentiæ vestigium in Cute apparuerit; licet sub hac Plaga dira, bis partitis viribus vitiatus periculose decubuerit. Obiter etiam mihi crebro narravit, se in inguine lancinationem sentientem, Bubonis specie deceptum centies inibi palpasse; Quapropter non à re erit Medicamenta velut exploratores experientiæ repetitæ, tessera insignita, aliquando propinare ut quid intus hostile lateat certum reddant, dissipentque. Ut rem stricte peragam, siquis vigente Contagie, symptomatum prædictorum aliquot conquassetur, Arundine Pestilenti percussum esse concludamus, morboque convenientia Alexiteria offerre tenemur: Præterea advertendum Bubones, Parotides, Carbunculos, & pustulas, Cacoethes, ante Febris Eminentis insultum, interdum, elucere, & bene moratis exituris cutaneis existere longe molestiores. Item si ingravescente Inquinamento tabido Vesicula, vel Pustula maxime laboriosa emineat hinc perditius ominari limati judicii est.

A Peſtis Diagnoſi ad ejus Prognoſim feſtinamus, cujus eventus vix ab Oculoſiſſimo quandóq; decernendus eſt. *Hippocr.* τῶν ὀξέων νουσημάτων ἐν πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσιες οὔτε τοῦ θανάτου οὔτε τῆς ὑγείης! In omnes enim Vitæ & Mortis Typos ſe transformat, ſpectatores eludens, cuncta in vado repræſentans cum res ægri deteriori ſorte ſiti ſunt: quippe urina ſanorum inſtar decumbentis, Indolentia vel Ægritudinis atrocis inadvertentia peſſimum minantur. In hoc ergo caſu arduo veneno tincti Robur vel Debilitas, Medici præpollentibus arcanis inſtructi acceſſus Maturitas Tarditáſve κριτήριον optimè dirigunt.

Tametſi re-vera Galenici in morborum determinationibus meri ſunt Opinatores aut conjectores frequentiùs ſive frequentiſſime hallucinati: Medici tamen legitimi Spagyrici rem acu tangendo raro aberrant, Arcanorum filo traducti.

De

De Cadaveris Peſtilentis diſſectione, Hiſtoria, ejúſque ſequela.

Anno Dom. 1665. Urbis *Londini* uſque adeo luctuoſiſſimo multa millia capitum ſingula quaque Hebdomada demetente furibunda Epidemia, *Auguſti* circiter Nonas, Dominum *Gulielmum Pick*, Cornufabrum vici *Pettecaot* Incolam, ad *Adami* & *Evæ* Inſigne, habitu Athletico dotatum; ab Infectionis ſagitta permiſerè ſauciatum inviſi. Iſte poſt faſtidioſæ Pharmacorum farraginis ſumptionem à Dogmatico pro deplorato depoſitus, Artis Chymicæ præpollenti virtute, aſpirante Divino Numine, reſtitutus fuit. Per idem tempus famulus ejus annos 15 natus malo epidemico cum maculis nigris (indubio mortis indicio) per univerſam cutim diffuſis aliiſque horridis Phœnomenis ſtipato laborabat, quæ Adoleſcentis vitam cito finiebant. Hæc data eucæria, patientem jam convaleſcentem rogabam, ut ſervi defuncti interiora detegendi licentiam

centiam in Scientiæ Iatricæ provectum, generis Humani charitatem, Scepticorúmque ſatisfactionem mihi concederet. Cum rationibus convictus annuit, non ſine benigna Zelotypia, ne hac curioſitate inſolita vitæ meæ damnum incurrerem. Demum impetrato, quod ab aliis crebrò negatum fuit; operi meipſum accingo, & in Catino tuſco ſub cadavere in Areola ſubdio locato, accenſo, nonnulla diſſectioni accommodata, ſuppeditante Patris familias Conductitio, Sublato Loculi Operimento, ac Linteo Cadaverali amoto; Maculas atras inſtar Lyncis ubique in ſuperficie diſperſas ſolito numeroſiores, ac graviores maximo cum ſuſpectu contemplabar. Quorum aliquot apertis Materia congelata ſeſe oſtendebat. In Peritonæo perforato Ichoris, lutei, virulenti, viridíſque palleſcentis portiuncula fluctuabat. Inteſtinis flatu venenoſo diſtentis ſcoriæ olidæ copia continebatur; aſt præter vulgarem ſententiam in convexo à Notis nigris immunia, in concavo vero, ſtigmata obſcura prægrandia, à liquamine tabido inuſto comparebant.

bant. A Vena Porta, nec non Arteria Cæliaca, ſeparatis, ſeroſus ſolus liquor effluebat, nequicquam rubicundus, ſed intus reſidebat ſubſtantia opaca valdè concreta. Jecoris Parenchyma ſciſſum palleſcebat, excrementum ſubflavum plorans. Lien diviſum ſerum lividum inuſitatum emiſit. Renes aquâ citrina ſcatebant exangui, prout cætera viſcera. Deinceps in Stomacho patefacto ſuccus veluti Atramentum ſcriptorium, tenax, niger, uſque ad Oinopintæ modum comprehendebatur. Hujus Membrana erat decolor ſed non pertuſa, ceu *Helmontius* in re tali tradit, ac ſi Cauſticum potentiale applicatum fuiſſet.

Poſtea à regione infima ad mediam aſcendimus, ubi ſterno à Medicaſtino divulſo, Pulmonis, in partes extimas, ſqualidè ſtigmata tumefacta conſpiciuntur, alicujus continuitate partium ſolutâ, ſanies putida, luridúſque Ichor, βοτρυοειδὴς, ἀναιμος amanabant, vaſis magnis perſectis ſanguinis aliquantulum fluxum expectavi; ſed aliter res habuit, nil certè niſi liquoris tenuis depravati paucula cochleatria

ab exiguo ſudario expeditè abſorbenda evadebant, ubi intus Thrombi ſecundum longitudinem extrahendi reperiebantur; Poſt Pericardii aqua fulva repleti: disjunctionem Dextrum Cordis ſinum scalpello penetravi: unde digitis apprehendens Materiam candidam coactam, leniter eduxi; pertractans, animóque ſtrictè revolvens cui aſſimularetur, in momento, ne quidvis perilius eidem reſpondere videbatur quàm Teſticulus Agni bipartitus, ſervi ſpectatoris arbitrio aſſentiente. Cæterum hujus ſubſtantiæ albæ (obſcurè rubentis vice) in hoc loco rariſſime repertæ, rationem, (ſub emunctioris judicii pace) à temeraria imprudentíque Nutrice Adoleſcenti haud pridem antè illius obitum meri Lactis hauſtum obtruſi dentes deducenti licet; quod è Stomacho raptum in hac extrema exigentia; per vaſa lactea, vel alios ductus pro vitæ ſuſtentatione, aliquantilla in Cordis cavitatem tranſmittitur, ubi nullam vel pauxillam alterationem πεπτικὴν in defectu, ſubiens, in hoc ens glanduloſum, fermenti materialis

tranſ-

transumatur. Succum fuliginosum atrum, *Cerbero* dignum, pro candido in Ventriculo protopeptico, Agninámque albam materiam pro cruore subnigro in Cordis sinu reponi vix auditum est. Hoc hysteron proteron fermentum deleterium, quod in tubis Hæmaticis mirifice contextis, Nectar solare penè totum, vel coagulaverit, vel colliquaverit, ita ut ne sanguinis Cochleare, sine labe, in hac Carne morticina reperiri possit. Finita Evisceratione, mox rigiditatem, quasi torporem quendam in manu sinistra, Cadaveris Tabo 10 vel 12 horas vita orbati tepido, madefacta sensi; quam emundatam, supra ♀ris igniti Gas aliquantis perdetinui, sed incassum: nam serius ejicitur, quam non admittitur hospes. Quippe Corpuscula illa subtilia vafra, in manum Cutis poris ab ambiente tepore apertis, Archeo tergiversante, deinde morbo succumbente, ac quidem ad animæ regiam conducente, promptè erepserant. Qui Spiritus Ideâ Morbi informatus, ut primum eodem se vestiviſſet, Venenum pestilentiale, in

suam

ſuam perniciem, Tragœdiam acturus erat.

Jam jam Peſtem circumfero, aliquamdiu ſilentem malignitatem, per omnia membra diſpandentem: dum interim viſito ab aliiſque viſitor. Opem, qua ipſe indigeo, aliis adminiſtrans, plus de aliorum quàm propria vita ſollicitus. Sic huc atque illuc obambulo, dum hoc virus Membra depaſcitur. Benè edi, bibi, fermocinatus ſum. dormivi uſque ad horam ſecundam diei ſubſequentis, Saturni Matutinam. Quando expergefactus recolligénſque quid poſtridie feciſſem, parem in femoribus ac Tibiis ſtuporem, quem antea in manu percepi, mihi invito ante oculos ſtigmatibus nigris aſſiduè obverſantibus: ſine Mora ſervum inclamitavi, Juſſíque, ut Pharmaca præſtantiora, juxta Epigraphen, confeſtim porrigeret, interminatus illi, ne à noſtra miſtura devi-aret nec anguſta quantitate eadem mihi propinaret, quibus ſedulo obſervatis, quintuplam ſupra quoſvis ſub tutela noſtra poſitos menſuram abſorpſi,

ſorpſi: abundè nempe cognovi quod *Hippocrates* ſuggerit, ἐς δὲ τὰ ἔσχατα νοσήματα αἱ ἔσχατοι θεραπεῖαι ἐς ἀκριβείην κράτισται. Analogia inter Morbum, & Remedium ab Auxiliatore fido ſolicitè, ac maturè attendi debet. Quem ritum ſi per duas horulas neglexiſſem in dubium vocatur, utrum à quovis in rerum natura ſanabilis eſſem? tanta erat hujus Luis Magnitudo, Atrocitas, Actioníſque Celeritas, nullas inducias admittentis.

Etenim ſomno ſolutus in Ventriculi ore intolerabilem prægravationem, Anguſtiam, conquaſſationem, in Capite Vertiginem, támque repentinam defectionem ſuſtinui; ut robur mihi vix ſuppeteret, ad Tyronem faciendis admonendum. Quinetiam ubi ante hæc à 3, vel 4 ℥ ſpirituoſi liquoris ſumptione, ſudor actutum eruperit, jam pluſquam decies ad calorem in inferioribus conciliandum ſufficeret. Adde quod Maculæ per Cutim diſpalatæ, planè denotabant ſanguinem ad πήξιν feſtinare, inter quas una colore livido piſi grandioris dimidiati planitiem æquans, in cubiti

cubiti flexura eminebat, circa quam obſtantibus amicis non parum intenſius fui. Jam tandem poſt Inquietudines, Luctamina, multifariáſque Agonias, Mador univerſus emerſit, quo ſtatim refectus fui.

Sic in Polyceæ, ac hujuſmodi Pharmacorum ſumptione perſtans Euphoriam atque dyſphoriam, ſpemque, metúmque Archei nunc Eclampſim, nunc Eclipſim ſubiens.

Doctorem *Starkey* Spagyrum inclytum accerſivi (Cæterôs *Galenicos* Profugos, Spiritúmque Antiloimoidem à tergo relictum, Agyrtarum more, venditatum uti miſeros conſolatores intuitus fuerim: quippe tum ille tum Pſeudochymicus *Johnſonus* horum digniſſimus Operator in fumo abierint.)

Sed heu lacrymabile! ambo morbo laboramus eodem, utpote ille non minus meam quàm ego ſuam Opem efflagitare debuit.

Quanquam verò ejus lateri hereret lethalis Arundo, adfuit tamen mihi iſte vir Egregius centies mille Dogmaticis præferendus, cujus non ſolum medicamine, ſed etiam aſpectu recre-

ari

ari videbar. Atqui ille Peritiſſimus, qui de Amici Salute maxime ſollicitus erat ſuam poſt ergans in hujus Plagæ Tyranniçæ ditionem ſeſe eadem nocte incogitanter dedidit; magnum Cereviſiæ tenuiſſimæ, velúlque ad Semicongium ſubitò epotans, quod dum mente conſtabat, Ægrotis ſevere prohibuit, ſpretis ſuis optimis Pharmacis. Ipſiſſimo tempore decumbebat Peſte correptus, familiaris noſter *Dey* de quo poſtea. Sícque nullum ab his Medicis doctiſſimis auxilium de futuro expectans, in Remediorum quæ mihi in promptu adfuerunt deglutione proceſſi, quibus affatim uſus ſum alacriter, in portione plus quam aliàs Quintupla: cujus claſſis potiſſima fuerint *Tinctu: Polyacea*, & *Pul. Peſtifugus*. Optimum Diætæ Regimen, Experientia me edocuit fuiſſe liquores ſpirituoſos, rejectis Julepis caſſis, Cereviſia debili, Hordei decocto nauſeabundo, Juſculis, vel Decoctis grumoſis herbis ſatiatis, quæ cuncta Stomachi vires peſſundant: Quod apprimè intendebam, erat Robur conſervare ſine quo

in

incaſſum cuncta tentari noverim. Extrinſecus autem *Zenexton Bufonis* ſcilicet Pulverem à Doctore *Starkey* ordinatum in Trochiſcos redactum, integrum etiam ejuſdem Animalis Cadaver exiccatum, noſtróque more ſollicitè inſtitutum, Pectoris regioni applicui; quod breve utique ad ſtupendium tumefactum inflatumque fuerit, hujus tumefactionis cauſa adæquata explicatu difficilis videtur. Conjecturam vero facimus Effluvia virulenta à Natura ad *Bufonis* præſentiam invigorata, exploſa item per Magnetiſmum à *Zenexto* attracta, necnon ab eodem imbibita, hujus appenſi particulas, attenuaſſe, inflaſſe inque hanc molem inuſitatam, vi fermenti putrefactivi coadjuvante, inter ſtragula calore ambiente ſuſtuliſſe. Obſervandum *Bufonis* alterum Cadaver, omnibus numeris compar non hoc modo diſtentum fuiſſe, veneno jam ex parte exantlato: Certe fateri cogor hoc Periaptum ventriculi ori applicatum, Materiam virulentam aliquatenus edomitam Naturæ legibus ſubjeciſſe, quo Vitalis Spiritibus pacatus factus

atque

atque ab Idæa deteſtanda emancipatus, vires tandem acquiſivit, ad ſaniem intoxicatam protrudendas Aniverſus regionem, Emunctorium non crebro huic vacuationi deſtinatum. Ubi paulò poſt ingens Bubo emerſerit, Stercoris Meatus conſtipationi totali minitaturus. Jam à Cerebro meliuſculè compoſito ad me rediens pro ſalute propria conſului, réque ſerio deliberata hunc Tumorem doloroſum pertundere optimum reputavi, ut Tabo fætido exitus repente daretur.

Eodem quendam Phylochymicum accerſivi, admonens, ut Tumori hirudines confeſtim applicaret; quod factum fuit cum Euphoria larga Ichoris Cadaveroſi, virulenti quantitate elicita. Perſiſtens idcirco in crebra in *Tinct. Polyac.* ſpirituoſorúmque ſumptione, ſex dies integros ſudore madido jugiter perfuſus fui, nunc dejectus ac penè Lypothymicus, nonnunquam refectus atque Megalopſychus pro fluxu, vel refluxu Materiæ delcteriæ ad centrum, vel ad peripheriam.

Die

Die Morbi ſexto finito, è cubito tædioſo emergens, viribus ultra ſpem aſtantium oſtenſis fixo pede Cameram perambulavi; imò adeò ſuffulti fuerint Spiritus Animales vi ſibi congenerum, ut niſi Ani abſceſſus impedimento fuiſſet, me peditem alacriter ire potuiſſe miliaris ſpatium credebam.

Die octavo è cubiculo egrediens Dominam Feudi gravidam à Peſtilenti Sagitta graviter ſauciatam inviſi, quæ non obſtante obortu per media Chymica ad ſanitatem reſtituta fuit. Deinceps, tum famulus ac famula eodem Morbo afflicti iiſdem Pharmacis oblatis recuperarunt; per idem igitur tempus nos quatuor in maxima Vitæ Alea conſtituti è faucibus Erebi erepti fuimus in Omnipotentis gloriam.

Jam hoc Morbo truculento expeditus ac manumiſſus non ſine externatione oppidò eſuriebam. Quapropter *Hippocrates*, 12. Aphoriſm. ἐν ὀλίγῳ λεπτυνόμενος, liberius manducavi ex perſuaſione me errorem in diæta facile poſſe corrigere, ſed enim obliviſcens

τὰ

τὰ ἐνκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν ὑποστροφὰς ποίειν εἴωθεν. Hinc Malignitas aliquantilla latens ab ambiente exuſcitata in Recidivas me conjecit cum Stomachi prægravatione, Diarrhæa, Dyſpnæa, Virium languore, inquietudine, ſudore irrito, &c. ita ut omnis vivendi ſpes incidi præſentibus videretur. Aſt hanc vitæ ſcintillam jam jam perituram ſemel iterum ſufflarint Medicamenta refocillantia, Spagyrica, largiſſimè devorata, quorum ſuppetiis circa quatriduum quaſi è mortuis reſurgere reputatus fui. Deinde ſanè prout *Piſcator Ictus* ſapui, Diætam tenuiorem obſervans. Dum plurimas inter vitæ ſpem, Mortiſque metum, Agonias, luctáſque fero, Socii noſtri conjunctiſſimi Doctoris *Starkey*, nec non Doctor. *Dey*, Pyrotechniæ Columnæ, me inſcio, contumulati fuerunt, quorum jacturam indies lugeo: Intempeſtivo quippe eorum fato multum damni paſſa eſt res Chymica, in qua, verbo, factóque pleríſque præcelluerunt. Inauſpicato certè comparatum erat nos tres ſimul decubuiſſe alterna ope mutuò orbatos, quos

ab hujus cadaveris individui Peſtilentis diſſectione contaminatos mortem oppetii, licèt ab hac operatione longo intervallo tunc temporis diſſiti fuerint non minus malevolè quam mendosè, *Galenici* retulerunt. Doctor *Starkey* vir doctiſſimus ingenio acutiſſimo præditus, Theoria Hermetica non minus quam Praxi eminens, Corporum Analyſi longa Dierum ſerie operoſe incumbebat; cujus Indoles ingenua, quæ difficulte parta fuerint Arcana, nimis facilè Mundo ingratiſſimo in ſui diſpendium communicabat, Dogmaticorum errores dum ſpiraret ſeverè flagellabat, & ſi ſuperſtes hic aliíque Philoſophi legitimi tum Methodum eorum infidam, tum Medicamenta pernicioſa confudiſſent. Doctor *Dey* Collegii Medicorum per vicennium ſocius, eruditione maximè conſpicuus, Artis traditiones ab illis ſine debito examine prorſus ratificatas deſerebat: lucubrationibus Chymicis aſſiduè inſudans, inclytus Philoſophus evaſit; ob Modeſtiam verò, ac Naturæ Manſuetudinem multa fortunæ incommoda patiebatur, quæ in Pyrotechnia progreſſum

greſſum ejus non parum remorabantur.

Eheu nos mæſtos deſtituerunt ſupra Aſtra lati à veritatis hoſtium, contumeliis, mendaciis, ſophiſmatis, ſarcaſmis exempti, quorum cineres poſt tot rerum caſus ac Diſcrimina ſplendidam Reſurrectionem tandem expectaturi adhuc in Urnis requieſcunt.

Notationes nonnullæ à Corporis Peſtilentis Diſſectione depromptæ.

Obſer. I.

IMprimis obſervandum maculas Pulicares, ſive Stigmata Cutanea, cum febre remoram aliquam in Sanguinis Circuitu, Coagulationem vel Grumoſitatem intimare à Malignitate, Venenóve Gorgonico, Spiritus Animales, Motus Inſtrumenta potiſſima confundente, ac deprædante, torpidóſque reddente, inde liquor Balſamicus reſtagnare cogatur. Quod ſi

verò hæc incipens concretio Tartarea, aliquatenus manſuefacta diſſolvatur, à Centrò verſus Periphæriam per Naturæ Robur ablegata fuerit, ab Emunctorio aliquo excipiatur; atque ad maturitatem perducatur, tunc cuncta in vado poſita ſunt: ſin autem Sanguinis ſpiſſitudo valde augeat, viribus flaccidis nullum Orgaſmum extraneum tentantibus, conclamatum eſt.

Obſer. II.

QUandocunque in Cute contaminati appareant hæ Maculæ, Archei Niſus noxia profligandi indicatur, qui in ipſo actu fatiſcens ob ſui impotentiam, Materiam Virulentam efferam à vaſis capillaribus delapſam, in Corporis ſuperficie in rotundam figuram liquoris guttulis propriam conformat, ibique fermenti exotici poteſtate conſpurcatur & aere concreſcit. Hinc Phyſicè inſtruitur fidus Auxiliator quod Naturam imitando, quidvis deleterium ab interioribus, ad externa per Artem præcipue deturbare debeat.

Obſer.

Obſer. III.

SI in Plaga Fermentum Stomachi ingenitum, ita lædatur, ut vice candidi ſuccus niger fabricetur; indicium eſt certiſſimum Spirituum actiones genuinas penitùs deficere, Lumen Animale caligari, mortis ingruentis prodromum.

Obſer. IV.

NOtacula nonnulla ſubatra, inſtar vibicum vel ſugillationum in parte protopeptica continente Pice, formíſque Materia inibi contenta; plane teſtabantur, venenum tabidum in hac membrana electiſſimè hoſpitatum fuiſſe.

Obſer. V.

LAc quod Nutricis impulſu abſorpſerat hic Adoleſcens moribundus ab exotici fermenti impetu in ſubſtantiam Atramentariam inſolitè mutabatur, quem Effectum *Galenici* Calori

excellenti ridiculè attribuunt; quaſi Ignis Culinarius in Corpore febrili uſpiam reperiri potuiſſet. Quam dira mala fermentorum inſcitia peperit Veris Spagyricis ſolis notum eſt; quorum activitatem indies experiuntur, per quæ fæliçiores ſanationes abſolvere non dubitant, Qualitatibus primis *Relollæis* poſthabitis.

Obſer. VI.

PRincipatum, Influxúſque ſummum, quem Stomachus in totum Corpus exercet, plurimis Exemplis confirmare licet: Conſtat etenim ſiquid incongruum, Dyſpeptónve, ab Ametria recedens Archeum Exaſperans, ingeſtum fuiſſet, Symptomata ſæva crebro oboriri; Nempe Vertiginem, Cephalalgiam, Delirium, Phrenitidem, Inquietudinem, Dyſpnæam, Soporem, Lipothymiam, Sudoris cæterarúmque excretionum cutanearum repreſſionem.

Idem conſtituit hic Adoleſcentulus, qui à lacte temerè oblato multa mala repente patiebatur; inde vitæ filum indubie

indubie decurtabatur. Hac Inſtantiâ ſeverè admonemur ne noxium quidvis deglutiri permittamus, quod Vas tam Nobile deturbet: Aſt niti debemus ut ejus Vitalis Spiritus refocilletur, Fermentum degener reſtituatur, genuinum præſervetur, Liquores fortiores digeſtionis facilis, plurimis excrementis privati devorentur, Carne, juſculis gelationi Hordei decocto, aliiſque vapidis proſcriptis.

Obſer. VII.

SUccorum πῆξις & Σύνηξις, eadem vice in omnibus partibus ſeſe aperte prodebant extra ventriculum, in quo colliquatio ſola maximè eminebat, quippe ſcilicet cum in cremorem nutritium Fermenti laudabilis facultate cibos reſolvere non valeret, nativam proprietatem æmulans in liquorem fuliginoſum aſſumpta permutabat, in ceteris vero vaſis ad tertiam ac quartam Digeſtionem pertinentibus, ubi ſanguinis pars alia moderate inſpiſſari, fieríque fibroſa debet, alia ſubtiliari, Error manifeſtus detegitur, Eu-

pragia cujúſque peculiaris officinæ depravata, (nam in ipsâ cordis thecâ (in quâ fortiſſima Zymoſis nec non Ebullitio) imprimis attenuari agnoſcitur Sanguis) in offam albam partim compingitur & partim tabefit.

Obſer. VIII.

CAdaveris venas, & Arterias Sanguinem à concretione cuſtodire Anatomicis ſatis notum eſt : tanta ſiquidem apparet hujus veneni figentis activitas, quod nonnunquam ab eo ſuccus rubicundus è veſtigio in curſu reſtagnat, nec ſerius grumefiat, quam ab Urinæ Spiritus affectu in offam albam mutatur Vini Spiritus.

Obſer. IX.

QUum anxia ſit Natura de ſui ſalute apprimè demonſtratum, ex ſubſtantiâ glandulosâ inſtar teſticuli Agnini in dextro cordis Sinu, Globi cruenti vice repertâ : Quapropter dono *Haimatopoietico* abolito Expultrix meri chyli abaphi quantitatem in

in prædictam cavitatem nobilem traduxit, quem fermentum digeſtivum quatenus in rutilantem liquorem tranſmutare nequiret, in hanc maſſam candidam transformare aggreſſum eſt.

Obſer. X.

SI concedatur, prout opticè exhibeatur, Sanguinem creare Sanguinem, cui pro ortu obligatum eſt *Hepar* ipſum, quantâ idcirco cautelâ exhauriri debet hic Balſamicus Succus, ſine quo cruor Tinƈturam juſtam, Characterémque Vitalem aſſumere nequit.

Obſer. XI.

MOrbi quicunque τὸ ποιητικὸν, aliquid Sanguinis congelativum in ſe contineant venæ Sectione juxta Evacuationis vel Revulſionis judicationes (corrupti ſilicet derivatione admittere cogor) nequaquam curarentur: datâ quippe portâ probi æque ac pravi ſucci emicatio vitari non poteſt, licèt contrarium Miſochymici obganniant, prætendentes, per hanc

hanc operationem habitum corporis Athleticum depleri, torpidum Sanguinis motum accelerari, ejúſque coagulatio inhiberi; ſed malè medicatum qui hoc pacto vires Animales diminuunt, quæ ſolæ venenum fortiter debellare, materiam lentam, viſcidam, pertinacem attenuare, ad exteriora profligare ac reſolvere debent: nihil ſiquidem abſque *Hippocrat.* τῷ ἐρόῤῥωμι, robore rectè abſolvi poteſt, quod Phlebotomiam magis vel minus peſſundare tum Logice tum Opticè comprobari non ambigo. Animadvertendum certe quicunque pro Methodo *Galenica* tractantur poſt acutos Morbos in Chronicos languoréſque protractos prorſus incidere; Sanguine Spiritibus exhauſtis per venarum apertionem Cathartica Colliquantia oblata, veſicatoria, cucurbitulas, Scarificationes, potiones tenues, obtuſas, inſulſas, ſegnes propinatas.

Obſer.

Obſerv. XII.

LIquores Phœnomeni variegati concreti & ex parte liquefacti non æſtimandi (prout Humoriſtæ opinantur) tot Humores diſtincti à temperamentis decidui, puta Cholera, Phlegma, &c. ab Elementis analogis; ſed potius hi ſucci degeneres à fermentis exoticis, protæis, Cruorem vel Sanguinem in recrementa, hoc vel illo colore inſignita pro Agentis robore captúque ſubjectis, tranſmutantibus.

Obſer. XIII.

COmpertum eſt mihi ex Cadaverum Deleteriis enectorum diſſectione crebrâ Toxica pleráque, cruorem coagulando Stomachúmque ſtigmatizando, Tragœdiam ſuam peragere.

Obſer. XIV.

IN Peſte Sanguine quaſi conglaciato neutiquam expectandus Sudor legitimus, benignus cum Euphoria donec

donec virus fortiter conſtringens perdometur, materia craſſa rarifiat, pororúmque cutis apertio per Diaphoretica, Stomacho gratiſſima, recludatur.

Obſer. XV.

IN Animalibus tanta eſt inter Sanguinem & Spiritum & Vitalem connexio, firma, mutua Sympathia, notiſſima, & indivulſa cohærentia, ita ut ſi ab invicem penitùs ſeparentur, alterutrius nomenclatura, imò & eſſentia ſubruuntur; Spiritus videlicet ſanguis refocillat, nutrit ſuſtinétque. Ille pariter hunc in variis officinis gradatiùs digeſtum ad hanc entelechiani perducit, jugiter movendo, agitando, purificando, necnon tandem in ſe aſſimulando: non diſpar videtur ratio inter chymum vel cruorem atque Succum uvarum recentem qui pauxillum ſpiritus ſenſibiliter explicat donec efferveſcat, clarificet, & à fæcibus ſequeſtretur. Similiter immaturus hic ſuccus à ſtomacho delapſus, ac rubicundam tincturam in va-

ſis

ſis acquirens, adhuc ſeipſum oſtendit vapidum ἀπνεμάτικον, uſque dum circulatione, Fermentatione ad ſummum puritatis faſtigium evectus, ſubſtantiam Homogeneam induit, in Gas vitale expeditè, convertibilem; Animæ radiorum non capacem, quemadmodum Spiritus Vini *Alkool* Flammam candelæ, parum admotam rapidiſſimè ad ſe trahit. Si quid peregrinum quantitate, vel qualitate, exaſperans in ſanguine diuties hoſpitetur, vel ſi à benignitate nimium decidat: Tum comes individuus Archeus ut ſæpiſſime protervus, refractarius, furioſus, ac accenſus, unde calamitatum catervæ ingruunt, & cuncta præpoſtera in Microcoſmo aguntur: nec minus ataxia in Balſamum hoc nobilè introducitur; cum τὸ ἔνθυμον Animale extrorſum, vel introrſum multum lædatur, vel turbetur.

Obſer.

Obſer. XVI.

QUandoquidem ergo perſpicuum evadat virus peſtilens culinam chylipæam, vaſáque ſanguinea, præcipuè illius contenta liquando, horum verò liquores condenſando, quam meritò abſurda quorundam praxis cenſenda ſit, qui tum in Diæta, tum Pharmacia, talia proſcribere ſatagunt, quæ partium prædictæ cacopragiæ cauſam expediat.

Obſer. XVII.

CAlor eminens in Cadavere poſt duodecem horas, vita orbato oſtendebat quantum καῦμα, Phlogoſíſque præceſſiſſent in viſceribus, à ſuperfermentatione Atomiſque ab Archeo efferveſcentibus accenſo agitatis.

Obſer. XVIII.

CEnſuras *Galenicorum* aſperas ſubivi, ac ſi nimis audax, inſolens, ac temerarius fuiſſem hujus cadaveris conta-

contagioſi Anotomiam aggreſſurus, & hoc non ex benevolentia ſed ex livore pronunciatum ratus ſum, quòd poſt tantum Auſum legitimum, *erebi* fauces evaſerim in quo illi perierunt; fateor equidem me prætuliſſe ſaluti propriæ univerſale commodum, cui cum intensè incubuerim, manus ſpiritum inſitum compari corroborare, cutímque Balſamo bene-olente delinire oblitus fuerim, quod venenum ſubtiliſſimum, ut opinor tum retundiſſet, tùm introitum penitiorem prohibuiſſet. Revera enim vero Miaſma cutis poros per attactum inſinuaſſe extra dubium eſt; ſi manus immediate poſt factum, torpor, rigiditáſque conſulatur, quinimo ſi penſitetur, quàm antea diu à viventium expirationibus fœtidis crebro intactus manſerim, quas decies truculentiores, longe magis incubuentes æſtimare licet.

Obſer.

Obſer. XIX.

A Peſte extincti Inteſtina tepida contrectata citius, ac atrocius imbuunt, quam eadem frigida, cæterum nudus cadaveris cutis peſtilentis tactus mitius inficit. Aſt ſi diſſerentis pars continui ſolutionem patiatur, longe expeditius intrat infectio, moleſtiúſque infeſtat. Advertendum eſt hoc virus à manu mea abſorptum, per 8 horas poſt ſiluiſſe clanculum, fabricam vitalem ſubruiturum, tandem peracto ſomno arcto in ventriculi ore ſedem eligens, in actum Tragicum erupiſſe.

Obſer. XX.

RAtio necnon Experimentum ſuadent me, hanc plagam atrocem haud parum demulſiſſe ſi in cubile repoſitus, ſine mora Pharmaca noſtra tam largè, ac poſteà affatim ſumſiſſem: Nam certè eſt hujus luis venenum affinitatem in ſanando cum cæteris virulentis, in nos irruentibus, ſive

ſive ingeſtis obtinere, quorum activitas prava ab Alexiterio adæquato præopportunè applicato non debelletur, vix quidquam excogitari poſſet quod deinceps relevet,

——*Sero medicina paratur,*
Dum mala per longas invaluere moras.

Obſerv. XXI.

IN perperacutis, graviſſimiſque malis tota vis medicatrix poſſibilis expeditè luſtranda eſt. Quapropter ſi cardiaca ſelecta, liquoréſque fortiores ad Spirituum Vitalium erectionem neglexiſſem, neque ſpecifica Diaphoretica, Archeum pacantia, abunde abſorpſiſſem, *Buſonémque* pectori applicaſſem, unde expultrice vigorata, *Sudor* univerſalis per 7 dies liberè effluxerit, item bubo ingens in Ano eruperit; ſi inquam horum alterutrum poſtponeretur actum, eſſet vt reor de vita.

Obſer. XXII.

PEſtem non eſſe contagioſam proponere, vel craſſam inſcitiam vel mentem intractabilem, inſolentem, aſperámque oſtendit; Solertiores qui hoc Paradoxum tenent, hoc modo ratiocinantur: Si vero tabifica eſſet plaga cum ægrotis hoc diro malo laborantibus conſuetudinem exercentes, horum carbunculos, *Bubones* curantes eodem contaminarentur: aſt contrarium experiuntur, ergo non vitioſa eſt peſtis. Sed enim prætermittunt iſti arguti unumquódque recipi juxta captum recipientis, neque trutinantur neminem omnibus numeris pariter, cum altero ab hac tabe infectum affici. In uno Phantaſia totius audax ſit, atqui particularis imaginatio Archei puſillanimis, in altero Archei conceptus magnanimus: Hominis vero Ideæ formidoloſæ idcirco ſiquando tum hominis tum Archei imaginatio ſit fortis, non facile admittitur Lues, per contagium: quoniam peſtuoſi fermentum mumiale contagioſum à corpore ſano repel-

repellitur, neque admiſſum appropriatur utrobique, ſed ſubitò profligatur: cæterum cum pauci hac fortitudine donati ſint, raro contingit quin ſi quis intra ſphæram magis, vel minus hujus veneni expirantis acceſſerit, aliquo modo inquinetur; auſim certo aſſeverare multos mille in hac urbe graſſante peſte inbutos fuiſſe, quæ per Diapnæam vel ſudorem aliquot horarum evanuerint, quibus ſui contagium ignotum fuerit. Quod ad meipſum attinet, ex certis Phœnomenis concludere licet effluvia tabida in noſtrum ſanguinem irrepſiſſe, tinctumque, aliquantulam poſt ſe reliquiſſe; ſed Pharmaciæ potentis viribus facile abſterſum fuiſſe; nihilominus nemo niſi valde imperitus, vecórſve, aſſerere debet peſtem juxta Etymon ejus non perdere, mordere, & devorare, licet nonnulli velut cataphractæ benignæ conſtitutionis panoplia induti, fauces ejus ferinas evaſerunt: æquè diſputatum utrum Scabies, Lepra, Elephantiaſis ſint contagioſi; quoniam quidam in eodem cum polluto lecto decumbentes ab inquinamento ſe ſeduxerint.

Obſer. XXIII.

CEreviſiæ vilioris vel frigidi liquoris hauſtus contagium virulentum ita aliquando ingravat, ut vel in initio hujus morbi truculenti optima Medicamenta incaſſum oblata fuerint. Hoc ſaltem unicum præſtare iis conceſſum fuit maculas, ſtigmata quædam, vibices, ſanguinis ſuffuſiones, notáſve lividas in cutem protrudere; unde per hæc ſigna de intrinſica malignitate conjecturam facere licebat: nempe ſanguinem in facto eſſe coagulatum. Sunt etiam remedia opportunè uſurpata, quæ ſuccum vitalem à concretione præmunire, virúſque endemium pullulans, tam potenter ſupprimere valuerint; quo minus (licet febris jugiter per 7 dies perſeveraret) ſanguinis uſpiam reſtagnandi occaſio daretur. Nec minima efflureſcentia in ſuperficie emergeret, quippe cruoris circumrotatio indeſinenter provecta fuit per remedia leptomeriâ eximiâ ornata: Et ſi quando aliqua grumoſitas contigerit natura per Diapnæam

ac Diaphæreſin ſine capite mortuo illico eliminarunt.

Obſer. XXIV.

CAuſam meæ Ægritudinis inſuetam ſeriò recognoſcens, ejus Atrocitatem, malignitatem κατ' ἐξοχὴν, motum pernicem, ſymptomata horrenda, productáque formidoloſa expendens, tréſque prope meipſum hac Arundine lethifera in iiſdem ædibus percuſſos decubuiſſe occubituros. Domina fundi è tribus una prægnanti abortum patiente, revolvens, nos ſingulos quoſque ad priſtinam ſanitatem reſtitutos, ſummo omni rectori, tutoríque laudes canere cogor: qui Pharmaciam ſpagyricam tam præpollentem nobis contulit qua ſanitas lapſa reſtauretur. Interim eadem vice *Galenicorum* ſocordiam, pervicaciam, ignorantiam, ſuperbiam, ac ingratitudinem veritati continuò reſiſtentium, etiam methodum ſuáque Medicamenta ſtercorea meritò abhorreo.

De moderamine tum Prophylactico tum Therapeutico adversus Pestem.

IN hoc casu præcipiti in quo hæc Plaga feralis nullas inducias admittit, ὁ ἴαλῳ ἐυκαιρόταλῳ, summopere decantandus est. Occasione utique sæpissime elapsa, nequaquam valent præstantissima Remedia: Eóque maturius huic calamitati obviare debemus, quoniam vix quivis morbus periodum suam tam celeriter peragit ac pestis, nec magis tecte in nostra vitalia insinuat, tacito pede obambulans, ast ejus adulatu ac perfidiâ jugulans. Quocirca cautelâ ultima opus est, ne hoc malum nos adoriatur ex improviso, vitæque filum repente abscindat.

In Diætæ regimine πᾶν τὸ πολὺ evitandum est; temperantia sanè vitam jucundiorem reddit, ætatémque protrahit, à tabe hominem munit, atque haud pauca mala tum animi, tum corporis præcavet, Liquidorum Spiritibus Scatentium usus liberior solidis præponendus, somno diuturniori indulgendum, motui æquali mitíque incum-

incumbendum: Excrementa quaqua-verſum, ſed præcipuè per ſudorem, abſque vitalium diſpendio magno expedire oportet, Euthymiam atque Eu ſplanchniam ſupra omnia aſſequi annitatur.

Aer halitus venenoſi μέλαινομιστὴς agilis, à contentis ſpuriis, mucidis, ſqualidis defæcetur, torpidus ventiletur, eo certe nihil commodius quadrat quàm ſulphur: τὸ θεῖον à Græcis appellatur, ob inſignia dona quod τὸ ἀκάθαρτον ſegregat, atque τὸ ἀνάπτειον enecat. Qui dotes eximias hujus concreti cognoſcere Loimologiam de Elogio Sulphuris conſulat. Utpote Sulphura ſtudioſe permundata, polita, ac ad claritatis apicem evecta, ſunt quaſi ſpecula, in quibus Archeus ſeſe cum deliciis contemplatus, audaciam acquirit. Anima ergo auri gemina in vitali אור parando, illuminando, necnon exhilarando mira præſtat. Idem aliquatenus perficiunt Ens Veneris, Sulphur ☉, ☿ Vitrioli, Hæmatitis, cinnabaris nativi, quæ præſtanti lumine dotata ſpiritibus arridet, contra imminentem hoſtem circumvallant, firmant quo efficacius

quidvis peregrinum ejiciunt: ſed hæc Arcana enucleandi Ars nemini niſi in Pyrotechnia indies exercitato concedetur, qui Animalium, Vegetabilium, & Mineralium Sulphura, Salia, Spiritúſque, cum integris viribus amicè elicere benè noverit.

Inter Animalium partes, Sanguinis Humani, Oſſium, Urinæ, Sal Spiritúſque multoties cohabati peſti retragantur, ſpiritus itidem Cor. C. benè dephlegmatus, rectificatus ac depuratus ſuccos à concretione præmunit, Aciditatem etiam adulcorat. Sulphura quædam Mineralium oleáque eſſentialia, vegetabilia cum *Alkali* fixo terſo combinata, unáque per debitam digeſtionem ad volatilitatem elata, Medici deſiderium rarò fallunt, neque Spiritus Tartari in difficilibus vilipendi debet. Elixir proprietatis menſtruo apto concinnatum (oleo Vitrioli, Sulphuris, vel quovis corraſivo proſcripto) peſtem efficaciter prævertit.

Sulphuris vel Vitrioli ſpiritus partium tenuitatem excellentem obtinens, tum odori tum ſapori gratiſſimus

mus, membranoſa nequicquam lædens, impreſſionem malam ſuperſtitem poſt ſe nullam relinquens, in peſte prætervertenda non ignobilis eſt uſus. Idem ſibi vindicat ſpiritus ſalis Spagiricâ manu paratus ſuo conſociali unitus.

Spiritus ſalis Armoniaci cum ſale Tartari limatus in hujus plagæ diræ præcautione, atque ſanatione conducit. In tempeſtate peſtifera admodum valet ſulphur vulgare cum ſale decrepitato repetitum; Sublimatum eſt certe Diaphoreticum inſigne.

Antimonium Diaphoreticum non officinarum, enucleatè, elaboratum, eſt remedium Antipeſtilentiale, Auxiliatore fido dignum.

Opium ſale ejus atri ſoporifero, & oleo amaro, per lixivialia volatilizata, rectè emendatis, prout eruditus ille Pyrotechnicus Dr. *Starkey* indigitavit, Archei furorem admodum compeſcit, ſuccos pravos per diaphoreſin exterminans.

Succini oleum immaculatum cum ſale ſuo in pneumaticam eſſentiam redactum, quod cum Archeo ſymbolum intimius teneat, ſtomachum, uterum,

terum, universáſq; partes membranoſas ſtabilit, ſpiritu amicali excellenti impregnat, quo minus à fracidis fædíſque halitibus inquinentur.

Quod ad ſanitatis tutelam ab hoc atrociſſimo malo attinet, optimè quadrant flores ♃ in conditionem magna ex parte Diaphoreticam, ſine dotis præſtantioris eviratione converſi, retenta aliquali ſolutiva proprietate quâ ſordes à ventriculo everrantur.

Mercurius Corraſivus ſexies, vel ſepties ſublimatus menſtruo volatili apto naribus, & guſtui gratiſſimo intimè connexus (in quo ferrum politum intinctum non conſpurcatur) ſecurè ac efficaciter intro admittitur, laticis acorem vel auſteritatem mitigat, ſanguinis circuitum expedit, reſtagnationem ejus prohibet, Atomóſque tabidos à centro ad circumferentiam ablegat.

Amalgama (è Mercurio clarificato & Luna ab Heterogeniis liberata) in particulas minutiſſimas contuſum Sulphuri in vaſe ferreo liquefacto admixtum, addita *Aquila Cæleſti* toties in vaſculis aptis ſublimetur donec, in fundo

do pulvis fixus coloris Bætici ſubſiſtat, qui in febribus maximè malignis, efficaciam admirandam exerit in ſpirituum inquietudine Euphoriam, ac pacem adfert, Archeum Radiis ſuis ejaculatis illuſtrans, quodvis noxium fugat.

Hæc, vel ſimilia Medicamenta quicunque acquiſiverit, virus ſcorbuticum, quo plaga acuta oritur, ac fovetur, peſſundare non ambigat. Quapropter in univerſum vitalem nervoſitatem augere, aerem ambientem depurare, ac ſerenare, Fermentorum mumialium infectionem, necnon applicationem intercipere, ſtomachi tonum ſollicitè confirmare, cruoris impuritates abſtergere, ejúſque circum rotationem accelerare, malignitatem ubilibet abſconditam labefactare, imaginem morbificam delere, totúmque corpus in Diaphæreſim diſponere, oportet. Huic intentioni ſummùm inſerviunt vegetabilis illius partes technice tractatæ (quod Liber ad mortalium mæſtorum ſolatium depegerit.) In hoc concreto Arcanorum *Gaza* abſconditur, cujus Analyſim *Galenici*

lenici Pſeudochymici planè ignorant, aliàs tot infructuoſa, vapida, ſtomacho nocua non præſcriberent.

Viperarum caro ritè ordinata in menſtruo placido, ſubtili, odoro, congruóque liquata eſt Antidotus egregia, contra peſtis Idæam. Succini partes puriores hoc contagium tum præveniunt, tum ſecundum quid curant quod veriſſimum eſt. Scilicet quod *Van. Helm.* de hoc concreto divulgat nil ſanè ſtomacho, inteſtinis, nervis imo & cerebro eſt gratius ſuccino in ſpiritu vini reſoluto.

Camphora Spiritui tartarizato maritata ac introſumpta eminenti ſuo halitu peſtis odorem fracidum obtundit, diſſipat ad Prophylaxim, conducit radix Armoracii in taleolas ſciſſi in Spiritu Vini infuſi ac diſtillati: neque contemnendum eſt remedium in malo ſcorbutico, ſi eadem in Vino Gallico vel Malvatico ſulphurato maceretur, ut Loimologia noſtra de elogio ſulphuris.

Urina propria Vinum bibentis hauſta per ſe, vel cum lacte in ſerum tranſmutato ad hanc luem intercipiendam

piendam valet, præcipuè ſi cum fiducia intro admittatur.

Juniperi & Hederæ baccæ, Zinziber contuſum, item Crocus Anglicus in vini Spiritu immerſa, ab hac calamitate ferina homunciones tutandi vim habent.

Celebrantur nonnulla exterius applicata vel geſtata, nempe lapides quidam pretioſi, Smaragdus, Saphirus, qui Carbunculi ambitum ſolis radiis oppoſitum crebro circunducti, ejus cacoethes magnetice ad ſe trahunt, cujus teſtimonium impreſſio atra, ab Atomis fuliginoſis in cutis circuitu hærentibus confeſtim emergit.

Cæterum Periapta, Amuleta, Carmen ex *Davidis Pſalmis*, vel *Solomon.* excerptum *&c.* Item verba Religioſa, Characteres, Sculpturæ juxta conſtellationem creatæ, Taliſmanica, atque cætera ineptè inventa nullatenus confidenda ſunt: nec Argento Vivo, Auripigmento, Arſenico, &c. Collo vel pectori appenſo inniti debemus, quæ Zenexton veri ſigna non habent, neque proſunt niſi geſtantis phantaſia opitulamen adferat.

Teſtis

Teſtis adſit *Helmont.* qui affirmat plurimos graſſante peſte dum *Oſtend* Obſidium ſuſtinuiſſet non obſtantibus his defenſivis periiſſe. Illæ ſunt inquit Tragœdiæ Medicæ, Italicæ Impoſturæ, Finales Periodi, Judæi porro & Ethnici.

Quin-etiam Aromata, Diapaſmata, aliáque odorifera in hac calamitate nequicquam valent; & qui aliter ſentiunt egregiè hallucinantur ab *Helmontio* redarguendi his verbis ſequentibus. Quaſi venenum deſineret eſſe, Aromate ſaturatum! Et non intraret penitius comite grati odoris! ac quaſi ipſa Aromata non contagio eſſent ſubnoxia! Quaſi Arſenicum, Napellus Ambari *Gryſeo* maritata ceſſarent nocere! quaſi odoratiſſimum vinum non ſtatim contaminaretur fracido cado! Profecto hic experitus Medicus genuini *Zenexton* indolem facile reperiat, videlicet ſi dotem inditam obtineat hoc virus Epidemicum reſiſtendi, phantaſia ſuſque déque habita: deinde ſi ipſum contagii ſit incapax obiter notandum eſt luem Humanam *Bruta* nequaquam inficere, nec vice verſa Belluinam

luinam homines ob fermentorum mumialium disparitatem.

Heroicus noster Philosophus Succinum inter præservativa annumerat. *Gordiolæ* Chirurgi *Hispani Ostendani*, Nosocomii Præsidis, Historia & exemplo confirmat, qui sæviente inibi peste à hujus Succini virtute per tres annos seipsum illibatum tuitus fuisset. Hoc scilicet corpus lucidum Microcosmi septem pulsibus vivacioribus applicatum, & repetitis vicibus iisdem fricatum pollentiam præservandi attraxisse conceditur.

Hujus Operatione quippe ratio à Magnetica vi translucida, porosáque, raráque partium textura ab universali itidem tractatione naturali dependet, quæ ab appropriatione ac adaptione mumiali artifiosa haud parum evehitur. Unde fit *Zenexton* veneni tabidi-susceptibile cum infecti objecti dimissione.

Næ lapides pretiosi præstantiam singulam Archeum illuminandi robórque per influxum radialem sanandi in se continent. Quare peregrinum non videatur, si huic Enti scintillanti tam

nobilem

nobilem efficaciam quâ Homuncio indignus chariora aſſequendi à peſte immunis cuſtodiatur, παλὴς τῶν φῶτων contulerit.

Zenexton alterum ab *Helmontio* celebratur, videlicet animal quoddam in antris degens à Græcis μύοξος φρῦνος & φύσαλος à φυσιάω, flatu diſtendo, tumefacio, à Latinis vero *Bufo*, à βῶς & φάω, quod bobus mortifera eſt; item rubeta quod in rubis vivat, vel à rubro colore, Anglicè *Toad* vocatur, maculæ crebræ in hujus corporis animalis ſuperficie inter vineta Signaturam dotalem adverſus hunc morbum ſtigmoſum nobis exhibere videntur.

Hoc reptile pro *Zenexton* appoſitè inſtruere difficultatem plurimam exigit, cujus rationem inſignis ille naturæ indagator *Van Helmont*. prout ſibi ex parte ſuggeſſiſſet *Butlerus*, qui hoc medio aliquot ab hujus hoſtis crudelis faucibus opticè eripuiſſet, nobis candidè enarravit.

Juſſerat enim *Bufonem* magnum Menſe *Junio* poſt meridiem captum tibiis ſuſpendere prope focum, illi ſubtendi patinam è terra flava tandem à triduo

triduo ſuſpenſionis *Bufo evomuit* terram & aliquot inſectas ambulantes, nimirum muſcas, nitentibus aliis ſubviridi colore quaſi deauratis; mox autem à vomitu Bufo obiit; nec ante triduum evomit, licet pronus penderet. Dixit autem mihi quod ſat Remedii haberet in curandis 40 millibus peſte correptis, promisítque, ſe mihi oſtenſurum rei cardinem, ſed in exilium proſcriptus obiit: ſaltem ego has ſordes, itémque excretum Bufonis cadaveris ſeparatim in pulvere tundi miſſi, & cum tragacantho trochiſcis formari, quibus fæliciter uſus ſum tam ad præcautionem peſtis, quàm ad ejuſdem Sanationem. Vide de his plura in Tumulo Peſtis, *pag.* 185. *Helmont.*

Hujus effectus cauſam ulterius indagare oportet. Auſculta idcirco quod ex *Helmontio* ſuccincte tranſcribitur. Teſtimonio autem adeptæ Philoſophiæ gerit Bufo odium in hominem, adeo ut aliquot herbas ſuo tabo inficiat homini uſuales, idque in ſpem necis. In eo autem differt à ſerpente, quod viſo homine terrorem immenſum concipiat naturali dono: qui terror ab homine

naturalem energiam ſibi acquirit & imprimit contra imagines territi Archei in homine; ſiquidem terror Bufonis interimit & annihilat Ideas territi Archei humani, eò quòd terror in Bufone eſt naturalis, & ideo radicaliter ac per totum illi etiam mortuo incorporatus. Idea autem terroris in peſte eſt tantùm accidentalis & fluxa; ergo Bufo natura ſua timidus ab homine odii ſui imagines auget, viréſque intendit, ut ſaltem clanculum ac peſtis inſtar noceat. Siquidem odium in nos terrórque Bufonis reparant nobis ſanitatis medelam.

Hæc igitur Icon virulenta odii & operans imago, hoc denique terroris ſeminale ſimulacrum in Bufone enecat fermentum mumiale, ſine quo ſcilicet venenum peſtilens conſiſtere, ingredi, ut nec appropriari nobis poteſt.

Sunt etiam cætera Topica uſualia non ſine fructu fælici uſurpanda, uti naſturtium aquaticum, Eryſimum, Armoracia peperitis, Napellus, Aconitum, Ficus in aceto bulliti, &c. quæ Bubonitis Carbunculis appoſite adjuncta venenum eliciunt, materiámque Tartaroſam reſolvunt. Quod

Quod ſatis apprime probatum eſt mihi in Carbunculis atque Bubonibus medendis emplaſtrum edo conſtans ex ℥nii Sulphuris vulg. & Fuliginis Balſamis cum Pice Burgundica concorporati.

DE LITHOCOLO,

Sive Hiſtoria de trinis calculis inſolitæ amplitudinis, Artis Chymiatricæ vi, à Splenis regione uſque ad Anum detruſis; ſic tandem manuali operatione abſque vulnere è Recto inteſtino abſtractis, cum abſoluta infirmæ ſanatione.

ITEM

De Duelech Aitiologia, *itémque ſanandi methodo, necnon materia medica ad hunc ſcopum deſtinata.*

SUaſu quorundam Amicorum Speque non defuturi mortalibus ali-

quanti commodi excitus, hujus de *Lithocolo* narrationis promulgationem ſuſcepi; ut in majus innoteſcat quantæ concretiones ſtupendæ, atque petrificationes prodigioſæ, (nobis ne minimum has occultas ruinas animadvertentibus) in hoſpitiis inſuetis generentur; quo magis ſubmiſſe noſmetipſos geramus, penſitantes non dari unde ſuperbire queamus: præterea ut hujus miſera convaleſcentia ſit Argumento Spagyrica molimina aliis quibuſcunque præponi debere. Proinde chymiæ amore pio accenſi vitæ reliquas in medii jatrici legitimi diſquiſitione impendamus, quo promptiùs malo nodo malus cuneus adaptatur.

Anno 1655. ſub *Febr.* Idus, accerſitus fui ad *Annam Taylor*, virginem famulam (Domini *Sikes Zythepſæ Rumfordiæ* Incolæ in Comitatu *Eſſexiæ*) Anno 20 natam, colore florido, corpore quadrato, vivaci, at puſillo dotatam, tunc temporis dolore lateris ſiniſtri, Epigaſterica regionis inflatione, ac diſtentione, febre acuta, Oſphyalgia, Nauſea, Ructu tædioſo

tædioſo, ventris conſtipatione, Dyſpnæa, inquietudine, ac vigiliis laborantem. Morbum originem duxiſſe, à primario Liene peccante, prout ſymptomata præ ſe ferebant, mihi facile perſuaſi.

Multoties quippe expertus ſum hoc viſcus cachochimicum paſtu, cruore fœtido virulento ſaturatum, venenoſas quaſdam particulas in pleuram, ſtomachum, inteſtina, Renes ſagittaſſe; unde Archeus ſive ſpiritus vitalis exacerbatus Æſtum vel effervescentiam, Febris cauſam occaſionalem, in vaſis ſanguineis exuſcitaverit. Hæc ſeriò contemplatus primo noſtro adventu poſt-meridiano Emeto-Diaphoreticum confeſtim exhibui, poſt quod Scoriis è ſtomacho modice evacuatis, Euphoria aliquantiſper apparuit. Sed temporaneum erat hoc levamen; nam paulo poſt ex integro recrudeſcebant Symptomata prædicta Archeo mortui ſpinoſi impatiente magis magíſque exaſperato.

Mane ſequenti Emeto-cathartico pulvere noſtro adminiſtrato, materiam noſopæam potius per inferiora abdu-

cere deſignavi; ſed incaſſum, enimvero meatibus magnopere interclusis excrementa pleráque per os ſurſum cum impetu ferebantur; nihilominus pleuralgia Hyponchondrii ſiniſtri, aliarúmque partium, cruciatus valide minuebantur, qui etiamdum aliquot-fariam reciprocarunt.

Cæterum omni ſtudio incubui per triduum ad Diaphoreticorum, ecphracticorum, Reſolventium, Abſtergentium, ſanguinem depurantium, uſum oblatis, quæ Archeum deliniant, indignationem ejus compeſcant; robur ingenitum adaugeant, idæámque morbi terrificam odioſam obliterent, quo magis Agoniæ miſerandæ Paroxyſmi atrocei ſubducantur.

Sextiduo ſpatio exin à recenti noſtro ad languidam admiſſione hanc reviſitans in ſtatum quoad apparentiam convaleſcentiæ revocatam, non ſine complacentia intuitus ſum: certè lateris dolor acerbus, febris intenſa, reliqua etiam accidentia prava multum allevari videbantur; adeo ut aſtantes omnia ſigna ad ſalutem ſolidam conſpiratura confiderent. Atqui ego hu-

jus

jus ancillæ de ponderositate siniſtri lateris versus lumbos declinante, pariter de epigaſtri coarctatione conquerentem attentè annotare, non prætermitterim. Enimvero ego quamquam illa ſe pluſculis pharmacis perfecte reſtitutam iri opinata fuerit, deteriora ſuſpicatus ſum. Inſtitui ergo, ut in Remediis appropriatis ſumendis ſedulo progrediretur, illi interminatus, ut obſequeretur, ac quodvis contingens repentè obortum mihi notum faceret.

Die ſolis quique erat decimus ab morbi initio, nuncius ad Templum Cornutum, ubi tunc temporis hoſpitatus fuerim, feſtinanter miſſus fuit, qui mè certè faceret, hanc Virginem *An. Taylor* dolore circa Renum regionem intolerabili laceratam fuiſſe, cum Vomitione moleſta, Stranguria, Dyſuria, vigiliiſque importunis. Dum hæc mecum voluto, in mentem venit probabile haud inſontes fuiſſe Renes in hac Tragœdia perpetranda, totúmque Symptomatum dirum Syrma, vel à ſynagmate fabuloſo, vel à calculo impacto ortum, fotúmque duxiſſe. Proindè curſorem cum altero Emeto-

cathartico aliquot aliis Chymicis Remediis nephriticis ê veſtigio ablegavi; quæ in fæcibus argillateis, Cretaceis, lentis, vel viſcoſis everrenda, inſtar ſaponis detergendis valentiſſima, juxta ſpecimina repetita mihi prægnita fuere. Utut deſperabundæ medicamenta, ac ſi irrita recuſanti partim per ſeveram importunitatem, partímque precariam indulgentiam pro mandatis meis vicini largiuntur, quibus aſſidue ſumptis per intervalla ſupervenerint *criſpationes*, ſeu generis membranoſi motus ſpaſmici, nati ab Archeo ſontium quod in ſinu ſuo latitaſſet, excludere enixe illuctante, unde crebrum facultatis expulſivæ exſtimulatione, eadémque temporalem animalium fortificationem, natura motus & quietis viciſſitudinem alternata, obſervans, opitulaminum præſentium gnavo adjuta tres calculos enormes in colo, prope ſplenam conceptos, dilatato recto inteſtino, enixa eſt.

Dies adfuit undecimus, in quo poſt Angorem ineffabilem, Sphinctere multum expanſo, unus è tribus calculis inferius ſitus extabat, quem obſtetrix

ſtetrix tangens tam aſperum durum corpus ſub digitis ſentiens novitate rei portentoſa haud parum perterrita fuerit: illa denique attractatione, agitatione, compreſſione hunc partum petroſum diſſilire fecit, quo egreſſus promptior pararetur. Sic tandem corpus hoc deforme cæteris friabilius fruſtillatim extractum fuit.

Dum hæc fiunt ſera nocte advocatus fui, ut hoc oſtentum conſpicerem, domum ingredienti Populio clamore reſonantem exoticæ materiæ fragmenta mihi afferuntur quæ non ſine digna admiratione ſpeculor. Hanc inquiunt mulierculam eſſe minimam portionem opinamur, ut reliquias occultas perveſtigamus conſultò ſine mora neceſſitas exigit. Eò alterum Medicum unà cum Chyrurgo citari ex compoſito curavimus, quapropter rogamus aiunt, ut in hoc caſu maximè ſcrupuloſo pro ſalute languidæ ſimul conſulatæ, cui libentiſſimè annui tum ad futuram eruditionem, tum ad calumniarum evaſionem malignorum, qui parti *Galenicæ* ex obliquo, non candido veritatis amore nimis in dulſerint:

hoc

hoc cogitato ſi periret hæc ægra cum privilegio Dogmaticorum æſtimatio popularis ſi patrocinari valeret.

Craſtino ſequenti ad tempus deſtinatum religiosè præſto fui, at hunc miſochymicum more granditatis *Galenicæ*, Inanitatis ſigni, lento paſſu accendentem, non ſine tædio per tres horas præſtolabar, cum neq; ille neque, chyrurgus adeſſent; valedicturum item patientem in Medicorum me potiorum tutelam trahituram obnixe petebant. Pater familias uxórque, ut quod à me inceptum fuiſſet, progredi non deſiſterem conteſtati ſe inſontes, σπανπῶ, Se inſontes fuiſſe, quantum attinet ad alteum Medicum accerſendum; quinimò pronunciarunt, ut ut futurus ſit eventus, ſe contra *Galenicæ* ſectæ calumnias me munituros. Horum utpote præcibus flexus, hanc provinciam duram ſuſcepi: idcirco maturè meipſum operi accingens, calculi grandioris ſitum perluſtravi, cujus Baſis ad Pollicem uſque quâque aſpectui noſtro patebat. Ani ſphincter motu tonico impendio exporrecto, perſtricta eo noſtra ſententia rediit, ut audacter pro-

pronunciare non hæſitaverim has Lapideas concretiones vel organo concinno huic intentioni habili comminutas, vel conquaſſatas partitè elicitari debere vel integras abſtrahi; ſi ſalvis muſculis hoc fieri poſſit. Eodem invocari juſſi Barbitonſorem vulgarem, à quo calamiſtrum requiritavi robuſtiſſimum, quod inter rectum inſtinum & *Dueleche* legantiſſimè inſinuari curavi: hoc tenaciter apprehenſum an circumvolvere liceret exploravi, decernens votis ſatisfactum fuiſſe, lacerto valido momento corpus petroſum majus evulſimus. Minorculum expeditius elapſum eſt; unde hæc miſera à tortura ſtatim manumiſſa evaſit, urinâ copioſe fluente, quæ circiter 48 horas ſuppreſſa fuerit. Attamen finitam hanc Scenam Tragicam, alvi reſolutio, Excrementum & ſtercoris invitum profluvium per integram ſeptimanam ſubierunt, ob Inteſtinorum villas debilitatas, ſphincteríſque tonum tandem fatiſcentem, quæ ſuffibus valentia ad priorem habilitatem poſtea fuerint reſtaurata.

Hunc in modum virgo dolorum in

Artis

Artis ſpagyricæ ſplendorem, atque ornamentum (Auſpice Deo) à faucibus Erebi fuit erepta.

Quippe nil extra remedia chymica claſſis ſuperioris tres iſtiuſmodi molis lapides ſubter coſtas ſiniſtri lateris nothas latitantes, ex hoc nido per colon ejuſque cellulas ad podicem diſturbare valeret, ut exinde egerantur.

Jam uſque hoc infracta ſanitate potitur Tempeſtate ſolummodo verna ac Autumna durante triennii revolutione, appropriata paucula aſſumens Pharmaca, quin etiam haud ita longè poſt *Duelech* enixum viro *Franciſco Chatterton* Pandocheo, nupta erat *Rumfordiæ* ad inſigne *Delphini* vitam agenti, ex quo duas proles peperit. Auſcultate pauca ſi libeat horum coli concretorum Iconiſmum, quòd ſpectat calculum ab obſtetricis manus ſubtili illaqueatione, me abſente diremptum, tam exquiſitam deſcriptionem illius, ac iſtorum quæ penes me hodie aſſervo proferre non poſſum, utpote illum mulieres inter ſe temere diſtribuerunt rei novitate miranda captæ. Cæterùm quantum conjectura aſſequi poſſum

poſſum ex Dimenſionis commemoratione mihi ſuggeſta illius amplitudinem his in noſtro muſæo reconditis, nullatenus conceſſiſſe. Opinor adhæc ſignificabant fragmenta iterum connexa figuram apte cylindraceam retuliſſe ex parte verſus ſuperficiem ſubſtantiâ friabili caducâ prope centrum materia tenaciori, compactiori Heterogenia conſtantia, in qua filamenta plurima candida, inſtar Aluminis Plumoſi comparuerunt: Cortex, ſive pars extima colorem Piceum repreſentabat.

A calculo confracto ſecundus primúſque, me aſtante abſtractus, quem tuto repono ovi *Gallinæ Meleagridis* magnitudinem æquat ornoides metæ formam habens, in Menſura tres pollices ſupra longitudine, ultra duos in latitudine, cicra Baſim cis binos circa medium dimidium in apice pollicem comperi. Cruſta ſeu involucrum exterius tartarum æmulans, denſiorem obtinet, compago colorem exhibet partim ſubatrum, partim murium, lacunæ quatuor præter menſuras tortuoſas plures ei inſunt notabiles binæ in

Baſeos

Baſeos reliquæ in coni confirmo ſubter induvium durum corpus quoddam quaſi colore ravo calcarium ſeſe patefacit, ſtaminea, vel lanuginoſa materia interſperſa.

Trutinatus uncias duas drachmas ſeptem hodie mole minuta pendet à curioſe pertractantibus attritus ac defalcatus; porro ab ambulante aere levigatur.

Calculus ternarius formam triangularem gerit juxta æquilaterem ſingulo quoque latere ad uncias binas & ultra dimidium in longitudinem exporrecto, & proxime duas in latitudine diſtento. Ad prioris præcedentis ſubſtantiam deſcendit, excepto quod hic illic molliori induta eſt tunicâ, vel inſtar cornu cervi junioris partis præteneræ ejuſdem coloris aſſimulanda. In medio eminet & Corpuſculum ſolidius, at intractabilius ab angulis diſparibus qui videntur aſtrui ut illius Appendices. Hic cavitates aliquot, atque foraminula fabricantur, una vero lacuna valde perſpicua eſt oſſis *Aſtragali* cavitati non diſſimilis: Iſte calculus prædicto levior exiſſet, unciam unam quinque

quinque drachmas ſemipendens.

Annotatum fuerat hiſce colicis concretionibus, in lucem recentèr editis, tum prunorum, tum ceraſorum oſſicula, in diverſis locis concavis fuiſſe hoſpitata, quæ per ſemianni intervallum ferè illæſa in inteſtinis permanſerint, parùm, aut nihil à priſtino ſtatu alienata, ac ſi recentèr eglutita.

Deinde harum coagulationum modus increſcens, fecit ut eò difficultatis illæ ad præcipitandum proceſſerint partibus rugoſis ſalebroſis, hujuſmodi petrarum deſcenſum retardantibus, motúmque periſtalticum regularem, ad anomaliam laceſſentibus, Coli Tunicis ſenſus exquiſiti exaſperatis, huic acerbiſſimos dolores indies paſſa eſt hæc virgo, qui manifeſtè vitam devaſtaſſent, niſi vitalia ab Arcanis Spagyricis ſuſtentata fuiſſent, eorum furore complacato.

Per totam morbi procurſionem, Julepos refrigerantes, hordei decocta, Opiata vulgaria, vel quamlibet papaveream ordinationem, quæ Archeum in otioſam, oſcitantem conditionem adegiſſet, eundem vana ſpe lactans, ſed ad hoſpi-

hoſpitem tam deformem, lethiferum excludendum inhabilem reddens.

Non ambigo quin Dogmaticus *Galeni* diſcipulus (enim ſubito tam dira plaga extra vaſa Hæmatica afflictæ indicatione à pleuritidis ſignis larvatis deſumpta) bis vel ter ſub revulſionis prætextu largam ſanguinis quantitatem præpropere detraxiſſet, tum expectorantia nauſeoſa, ſtomachi tonum debilitantia obtuliſſet, poſt hæc verò incaſſum tentata, laudanum officinarum devorantium, vel talia narcotica ad torturæ præſentaneam diminutionem aſſignaſſet; nempe hoc pacto ſomnum profundum inducens, iſtam languidam anguſtiis preſſam, tum continentem, tum etiam contentum fœda colica ſine monumento apud inferos ſopiiſſent in æternum.

Non à re Medica alienum mihi videbatur hanc *Duelech* Colici lugubrem ſcænam cum incommoda cataſtrophe repræſentare, quo miſochymici ſubinvitentur ad ſcientiæ ſpagyricæ deſiderium vehemens ſtudiúmque indefeſſum. Item cognoſcant, quam invalida ſunt *Galenica* opitulamina, in malis occultis,

occultis, extremísve, insuper ut *Hermetici* solertes, operosi, gnavíque accendantur in assiduam Arcani λιθοτεμνειν indagationem, quod *Duelech* in vesica saltem in renibus dissilire faciat, horrenda cystomia prætermissa.

Annotationes quasdam protrepticas de hujus lithocolicæ passionis medela deductas, jam tandem proferre lubet, ut sciendi cupidus sanandi lumen magis perspicuum acquirat.

1. Quandoquidem ergo tam dira invalitudinis causa irritativa in corpore latitet à lynceis oculis non detegenda, quantum magis chymiatri interfit tum polyceas tum etiam Polycresta perexpedite possidere, ut deplorandis subsidium extemplo suppeditet, absque incongruo cinno, instar *Schedarii* Doctoris, qui plurima promiscua præscribendi arti superbè incumbet, quorum alterutro licèt, tam sit compositum Hysteron Proteron non ambigit, quin sanandi scopum attingat. Ista verò Pharmacorum impura Farrago longis distat à Polyacea, quæ ad claritatis fastigium evecta, ad intima morborum lustra penetrat, quicquid vitæ

excidium minitetur disturbans.

2. Præterea exhinc patet Dolorem lateris pleuriticum cum febre Dyspnæa & ab affecto colo, vel infimæ regionis partibus exoriri posse, adeóque nobis imponere sub Pleuritidis ideâ, quæ ex unanimini misochymichorum consensu, sanguinis emissione curari debuerit; sed enim quàm turpiter in hac re hullucinentur Phlebotomici, Historia edita satis indicat; penes idcirco judices intelligentes lis sit, quis nostrûm expeditius, securius, & efficacius sanet, is qui de causa nosopæa, vel qui de productorum, seu symptomatum ablatione satagit.

3. Ab angoribus, vel remotis semper compatitur stomachus, cui nisi Remedia adaptentur, archeus indulgeatur, fœculentiæ excludantur, propeptici tonus corroboretur, cætera tentaturus incassum sapissime laborabit.

4. Duæ sunt in quocunque insalubritatis statu indicationes potissimè spectandæ: virium videlicet sustentatio, deinde materiæ morbificæ stomacho, habitúque corporis exterminatis ad hoc quadrat, Emeto-Diaphoreticum

cum appropriatum, quod methodum ad mali Topici abolitionem ſternat.

5. Levamen ſuppoſititium aliquantiſper ab exhibitis, vel applicatis lenientibus concilietur; aſt ſolida ſanatio realis nunquam conſummatur, ni eruta fuerit ſpina ubicúnque infixa, Archeum in indignationem exſtimulans.

6. Succi vitioſi alternis vicibus, vel ſimul propellantur, ipſiſſimo Medicamento per Oeſophagum, Alvum, veſicam, Aſperam Arteriam, vel cutim cùm Euphoriâ, quo natura viam affectat.

7. Excretio morboſa, natura monſtrante viam, à medico qualibet diei vel noctis hora accerſito, ſine (Polypragmoſyne Dogmatica) extemplo molienda eſt; ὁ καιρὸς ὀξὺς, opportuna tempeſtas prætermiſſa vix recuperatur.

8. Non eſt penes Iatrum qualibet ab impuritatibus corpus expedire; quippe meatus his, vel illis craſſis, lentis, grumoſis, Schirroſis, vel petrefactis obturentur. Rationi ergo, necnon experientiæ diſſentiunt, qui Phar-

macis deleteriis, aut colliquantibus, absque ullo delectu cupidè expurgantibus propinatis, Archeo vim intulerint; ubi cùm res se ita habeat laxativis, quorum facultas virulenta fracta fuerit, abstergentibus, aperitivis, resolutivis, vires ingenitas foventibus mixtis, potius insistendum est: ab hinc spes sanationis, si qua adsit, expectanda est.

9. In angustu Remedia lectissima constanter, fidelitérque deglutita, non præfunctoriè vel subsultim assumpta proderint. Rem scilicet in medendo acu tetigit, qui materiam medicam propriis digitis instruxerit, quantáque ægro offerenda pro salute ejus fuerit modificatus.

10. Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως· τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιουτέων ἐστὶν ἀβέβαια, καὶ οὐ πάνυ τοῖ διαμένειν οὐδὲ χρονίζειν εἴωθεν· inquit Hippoc. his quæ sine certa ratione deprehensáque causa levant: acquiescendum non est Hujus Aphori. Praxi scienter imbutus de causa morbi irritatrice in hac ægrota adhuc superstite valde diffidebam. Quocirca Iatrica arte bene versatum

ſatum quid futurum ſit de mali exitu ſententiam cordatè ac perſpicaciterproferre decet, vel ſaltem de Accidentibus à vulgo neutiquam ſomniatis conjecturam facere, ut pote, ſane hæc ſaga prognoſticatio in languido fiduciam de medentis facultate eminenti ſtabiliet, inſuper ſcientiæ ſpagyricæ decus valde provehetur.

11. Tam firma inita eſt à primordio Amicitia, & Sympathia, inter colon & Renes propter contiguitatem, colligantiam vaſorum, participationem functionum, paritatem, Actioníſq; regimen, ut alterutrius inſalubritas alteri facile communicetur; unde promiſcua ſymptomatum ſyndrome erumpit, vix à perſpicaciſſimo, ab invicem diſco operienda, ob hanc rationem ſophia ſanandi præditum, utramque partem reſpicere oportet, exterius applicatis vel ingeſtis Pharmacis, quæ utrobíque proficiant ſcopum in omni eventu attingentia.

11. Πάντα καὶ λόγον ποιέοντα καὶ μὴ γινομένων τῶν καὶ λόγον μὴ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον μένοντα τὸ δόξαντι ἐξ ἀρχῆς.

Siquis omnia convenienter exactó-

que indicio faciat, nec quicquam ea ratione efficiat, tamen ad alium non ſe convertat, modò permanet quod ineuntibus Remediis viſum eſt. His verbis ſagax ille ſenex licentiam Pharmaca noſtra aliquatenus immutandi conceſſit, quod non manſerint eadem ſigna ac ſymptomata, quæ in hujus colicæ miſeriæ initio viſa fuerint; primo enim acceſſu hoc malum pleuritidem à Sulph. ortum juxta Semeiotecem contemplatus fuerim. Aſt deinde cum calamitatis calculoſæ ſpecie circa Renes ſtabulantis geſſerit hic morbus: quæ tali languori congruerint protinus exhibui, neque certè ſoſanthropum pudeat poſt omnia convenienter exquiſitáque phroneſi facta, Scenâ Accidentium alterata, palinodiam canere, à ſententia priori decedere, itémque applicanda renovare.

13. De ventris inferioris perturbationibus, ubi ambiguum ſit utrum in meatibus urinariis vel inteſtinalibus ſedem teneat materia Noſopæa, tum per Alvum ſolventia, tum per veſicam deducentia eadem præcipue vice adminiſtrare oportet, modò illa ſint tuta,

nec

nec indolem agreſtem ſapiant; hac quippe intentione nuſquam non medendi voto ſatisfaciendi magna ſpes datur.

14. Inter plebeios crebrò celebratum nomen calculi colici, audiam; aliquando ſubriſi nomen per totum exercitationis medicæ curriculum nunquam ante hoc uſitatum occurrens ne minimum petroſæ ſubſtantiæ in hac caverna unquam intuitus fuerim, unde vel qua ratione hæc diſtinctio vulgaris inter colicum, & nephriticum *Duelech* originem ſumpſerit, mihi vix notum eſt; niſi quod in nephriticis angoribus ob vicinitatem, mutuámq; membranarum arctam connexionem ſæpiſſime compatiatur colon; hinc increbuit opinio apud nutrices vetulas, eandem petrificationem non raro inteſtinis æque ac Renibus accidere potuiſſe. Sed Doctiores aliter res ſe habere norunt, utpote tam duram compaginem in his fiſtulis membraneis repertam inter rariſſima recenſeri debere. Aſt in tubis urinalibus nihil frequentius, utut multoties hallucinentur Idiotæ in parte affecta, adeóque in a-

 buſiva

buſiva denominatione lapidis inibi contenti, quandoquidem in multis millibus nuſquam reperiatur hujuſmodi concretio, hoc in caſu nihilominus optimè competat appellatio, ac propriè dicatur hanc fœminam calculo colico laboraſſe.

15. Peritè compertum habeo emeticum idoneum Renibus ſabulo, vel calculo infeſtatis magnopere prodeſſe; ſtomachum à viſcidis detergendo, vaſa oppilata reſerando, Acidum retundendo, Accretionis petrificæ cauſam Antecedentem, aliquot-fariam divertendo, *Duelech* conquaſſando, quo minus figatur, etiam modo non ſit grandius, foras protrudendo.

16. Chymicorum methodus Robur animale, morbos profligandi unicum medium iis, quæ, cum vitalibus ſymbolum habeant, ſuſtentat. E contra Dogmaticorum moris eſt vires peſſundare, hoſtibus naturæ obſtruſis, abſque ſtercoris quiſquiliarum materiæ Medicæ ſecretione artificioſa.

17. Si quando accidentia terribilia naturæ fulcitæ hoſtem aggreſſuræ, validóque niſu exterminaturæ ſuperveniant.

niant, nullo modo deſpondendum eſt: nam abs're & ſine cauſa prava apparent, fiunt à virtute enormontica inquit *Hippo.* plus enim terrent quàm nocent talia Phœnomena fælici ſucceſſu paulo poſt deſitura, Archeo Pollente fatalibus malis defunctis. In omni quippe φυσιωπάλη inquirendum, utrum vis vivifica ſit potior lethali: Proinde cuncta ad incolumitatem tendunt ubi adſit euthymia ἐνορμὲ ſolida, utut nonnulla ſymptomata ingrata, aliquoties delævire videantur.

18. Colica hæc Hiſtoria pudibundam, ſtupidam, ac pernicioſam *Galenicorum* in *Aitiologia*, ſic deinceps *Therapeutice*, inſcitiam, plane redarguit; qui enunciant languorum rationem eorundêmque medelam calorum, frigorum gradibus attribui debere. En habes lector ſpecimen clariſſimum calculi ſpinoſi frigidi colo impacti, Archeum excandefacientis, & febrem univerſalem exagitantis. Dic quæſo, mi, *Galenice*, rebus ſic ſtantibus, quid proderint Julapia veſtra refrigerantia, Hordeata, ſerum lactis, è cereviſia tenui confectum, & hujus farinæ ca-

co-

co-ſtomacha? Nonne longè præſtaret φυσήπα calidiores ſpiritus ad hunc hoſpitem peregrinum ejiciendum confirmantia, quàm quod gelidæ mortis imago eſt injungere, quo Hetrogeneæ impuritates ipſam vitam adortæ ſatius congregantur, quàm ſeparantur. Impoſſibile ſcilicet fuerit veſtras nudas qualitates, mera relollæa, hoc terreſtre, corpus deforme, è nido ſuo egeſſiſſe eoque minus febrem indè dependentem radicitùs abſtuliſſe, quàm ridiculum fuerit in hac ſanguinis efferveſcentia, à causâ lithocolicâ orta allegaſſe (ſicuti indies noſtræ ſtomachæ eſſentiæ mendosè objiciuntur.) Remedia vitalibus gratiſſima, facultatem expultricem erigentem, (quæquod ſpinoſum defunctúmque ablegetur) fuiſſe impensè calida, humidum radicale abſumentia, cruorem concrementia, ideóque penitùs repudianda quod linguam vel narem citatim vel acute feriant, profundiúſque penetrent; Hoccine Philoſophi eſt? vah! pudeat erroribus his exitioſis apud Emunctiores Medicos antiquatis ab avaritia ac ſocordia ſeductos adhuc perti-

pertinaciter insistere. Jam tandem resipiscite, nec diutius mundo imponite has miserandas nænias.

19. Medicus legitimus in quocunque excrementorum expulsivo, vel totaliter degenerum partu naturæ manus auxiliatrices porrigere, quasi obstetricari debet; nisus idcirco fortis omnifariam sollicitandus est, ut per loca convenientia substantia informis, à forma vitali absque ejusdem detrimento insigni distrahatur.

20. A Ratione non alienum est splenum hæc ova saxosa peperisse, fovisse, incubasse, donec maturitatem adepta, eadem non diutius tolerare valeret Archeus; quare bellum indicens copiásque suas universas educens, instruénsque, è Microcosmi Pomoeriis istius hostis lethiferi propulsationi se accingit; unde hæc copiosa symptomatum larva in scenam Animalem repente prodit.

21 Prudentis est Auxiliatoris, tum ægri tum astantium, mores, opinionem, ingenium, ac propensitatem seriò advertere; item precise attendere, qua decumbentium affectiones ferantur,

rantur, vel ad Chymicum vel ad medendi methodum contra transversum quorundam genium obniti curanti molestiam, curandam incommoditatem haud exiguam curat. Bona certè patientis, necnon assistentisque persuasio, promptam obedientiam, oblatorum virtutem, datorísque fiduciam in medendo adauget.

22. Εἰς ἀνὴρ ὁ πάντα ὄρα, Plus vident oculi quam oculus; quocirca rectam sanandi semitam ingressus, quemcunque alium ἰατρὸν modo doctum ac candidum ad pætentam pensitationam, & futuram deliberationem admitti nunquam respuit: quo languidi intellectus de solido sanantes judicio de prædictionibus, causis ac Remediis rite informetur, quinimo ut valetudini incumbens à vulgi calumniis vel detractionibus sese muniat. Interea annotandum, quàm piget *Galenicos*, *Sophochymicos*, de rebus salutem ægri spectantibus sobria fiat agitatio ad tempus occurrere. Prætendunt quidem *Anthropoctbini* nos dedignari cum istis cini floribus, Agyrtis, Empiricis colloqui: sed revera isti verspertiliones

nes

nes maximi impoſtores veritatis lucem abominantur; metuunt igitur ne ab Hermeticis Alethologis eorum Phyſici errores Abſurdi abominandi coram intelligentibus à fronte pateſiunt, utut hi *Davi* verſipelles dolos, technas, præſtigia in Artis ſcientificæ eclypſim aliquamdiu exerceant, verum tamen, ἄγει πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χέρνιβα ad totalem παγυρομαχῶν pudibundam caſtrophen.

23. Tantopere rigidam ſpecioſam extrinſecus venerabundam Doctrinam credulis, mortalibúſque impoſuerunt *Galeni* ſequaces: imò adeo úſq; more Tyrannorum mundum vexarunt, ut neque quidem diſcipuli ſua placita violare auſerint. Chymiæ Phoſphoro apparente mancipia ad mendacia Phyſiologica propugnanda adegerint. Dictantes Methodum antiquam fuiſſe minimè fallacem, innocentem, longo uſu comprobatam per tot centurias; viam verò Pyrotechnicam noviter inventam eſſe, prædatoriam, præcipitem, ancipitem, ac pernicioſam; etiam ſane ſuggeſſerunt chymiam eſſe Artem necromanticam, & ſi quando

quando pro tempore prodeſſe videatur, de futuro tamen perditionem inſecuturam. His atque ſimilibus calumniis ſcientiam inſontem θεοδήλητον conſpurcarunt, quo magis ſuam ipſorum amplitudinem, opes, necnon ſoeordiam diutius protrahant. Hinc non ambigunt quin nos veros Pyrotechnicos Profeſſores vulgus vilipendat, noſtríſque tonantibus probis energeticíſque opponat: & licèt cuncta κατὰ λόγον καὶ κατὰ πεῖραν, facta ad ſalutem ægri tendunt, imò etiamſi oppignoremus vitam invalidi in vado eſſe, nihilo ſecius nobis multa fides adhibetur; ſed ad hos miſerandos conſolatores ſe conferent, qui poſt intrinſecam ſanationem à nobis peractam, ejuſdem gloriam ſibi arrogant: quod in hac afflicta contigiſſet, niſi Divina Providentia antevertiſſet, nam è veſtigio finito Lithapoſpaſmo ſerius acceſſit quidam nugivendulus, ſpermologus, miſochymicus, qui vafritia, adulatione pluſquam Aulica, & veriſipelli illaqueatione vulgi famam aucupatus fuiſſet.

24. Si quando manu Chyrurgici indigeret Adeptus, Barbitonſorem, vel Aliptem

Aliptem Philochymicum, ſubmiſſum, morigerum licet minimis Technicum: quam Chirurgum Miſochymicum, arrogantem, refractarium, ſuffetem ſuíque meriti imaginatione inani inflatum longe ſatius eſt eligere. Quatenus ille pro tuo juſſu quod faciendum libentèr faciet, ſine muſſitatione, aut æmulatione, hic verò livore quem geſtat in pectore adverſus Pyrotechniam, ejuſque Patronos gravatim, oſcitantèr, perfide rem aggredietur, inceptumque medentis rectum obliquare tentabit.

25. Univerſis Morbis, ſignis, ac ſymptomatibus perluſtratis, exquiſitéque cognitis, eo temporis de illius eſſentia, cauſa, exitu, atque medelâ, juxta ſpectamina repetita audactèr debet pronunciare ſanator ſolers. Hoc pacto tum Ars, tum ergaſtes Decus, fiduciam ex condigno reportabunt: dein patefiet Enchymicorum Prognoſticam facultatem, quæ hodie apud plurimos vilipenditur ut mire conjecturalis. Dogmaticorum *Hallucinationibus* crebris obſervantis eſſe veridicam, eóſque ſuis pollicitis ſtare poſſe mechanicorum

rum more insignium quod dignum sit Medico præstituros.

26. In maximè arduis, causísque spinosis oportet Medicum magnanimiter se gerere; ut de salute majorem spem concipiat; ægrotus enimvero, si suppetias allaturum meticulosum vel de Pharmacorum effectu desperantem suspiciat invalidus, mox sæpissimè sospitatem despondet Archeus, deque suo jure cedens, sese deditium offerens in captivitatem ab hoste μισοζωπικῷ abducetur.

27. Ubi dolor ibi morbus, i. e. ubicúnque causa irritans vel exacuens sedem in corpore tenuerit, ibidem Archeus indignatus passione hæc, vel illa epigenomenia inducens, molestiam primario infert ad hæc juxta Spinæ occasionalis metastasin cruciatus, aliorúmque symptomatum fit transmigratio, ac alteratio. Proinde hæc ἔνδειξις ad Anodyna etiam mali fontem intercludenda omnes perpolitos spagyricis Morborum ῥισοτόμους quasi indigitat. Quantumlibet Humoristis veteramentarius sufficiat in atrocibus doloribus Opium inique correctum præscribere

ſcribere modò per ſublevamen præſentaneum tandem ſibi conciliant, de futura autem integritate ſolida ſuſque deque habent.

28. Quid commenti non depromſerint Chymicæ oſores quo magis miſeros à ζωπυρισμοῖς κατ' ἐξοχὴν abſterrerent credulis, inſciis perſuadentes eadem vitæ inſidiari, incolmitatem lenocinari, eſſe Alea ac deſperatione plena, confeſtim reſtituentia, vel deſtruentia; Toxicum ſapère, empyreuma redolere, intenſe calefacere, febres accendere, vim naturæ inferre, humidum radicale depaſcia, robur ingenitum diſſipare, quibus ſi quis aſſuefiat nunquam deſuefacere poſſe, vitam decurtare, ſtigma à tergo relinquere uſque indelebile ut ſuperſtites gradatim emarceſcant. Itaque licèt per tria luſtra ſolida hæc colalgica poſt Chymicæ paraſceues aſſumptionem largam ſartâ tectâque valetudine fruita fuerit, imò tametſi præſto ſint remediorum ſpagyricorum *Helluones*, qui idem tutamen firmum atteſtentur, id circo hiſce prædictis, & hujuſmodi farinæ figmentis, ſcientiam defæcatiſſimam, ejuſq; præ-

fides dehoneſtare præfracte perſiſtunt.

29. Singula quæque *Duelech*, ſubſtantia, magnitudine, colore, conſiſtentiâ, figura ab invicem differunt pondere, prout nidus in quo pariuntur, diverſificantur: Hæcque diſcriminatio à peculiari loci fermento oritur, quod calculum ad hanc, vel illam proportionem, vel ſpeciem vi ſpiritus architectonici determinat. Veſicæ concretio petroſa, à Renum, Renum, veſicæ felleæ, veſicæ felleæ, à pulmonio, pulmonica à ſtomachico, ſtomachica ab Articulari, Articularis, à Dentali, &c. Item cuncta à coli calculis diſcrepant. Quemadmodum enim in macrocoſmo non omnis fert omnia tellus, hic affatim creſcunt Pyrites, Tophi, Silices, Porphyrites, Ophites, alibi Gagates Smaragdus, Smyris, Adamas, Hæmatites, lapis Sectilis, &c. ita in microcoſmo ſecundum uterum in quo ſuſcipiuntur, multifarii lapides generantur. Ah utinam tam proclivis patulúſque omnibus daretur egreſſus ac hiſce Colicis Coagulatis.

30. Ubicunque in corpore inſtrumentum fermentale digeſtionis depravatur

vatur, etiam magis, aut minus diminuitur, assumpta teneriora, vel degenerant, vel crudiora manent, si compactiora fuerint intacta, parúmque alterata per dies, vel menses durent: cibus nudiustertiùs deglutitus, ex stomacho aliquando rejectus fuerit pauxillum alienatus, quòd defuisse Acidum genuinum vice illius exotico quodam liquore intra vas digestionis generosissimum contento, qui Analysim radicalem nullatenus aggredi potuisset, syntheſin peregrinam, concretionem rigidam æstimatam haud rarò molitur. Hanc *Alkali* benigni domestici organicam transmutationis vernaculæ penuriam, salísque ferini sylvestris redundantiam, præcipuam fuisse rationem præsumere licet, cur stercoreo excremento rarefacto, tam densa obdurata materia in intestino conformaretur, tótque fructuum ossicula à colliquatione in ventre ad putrefactionem proclivi per semianni spatium illibata custodita fuerint.

31. Si sub *Galenica* tutela periisset, valdè probabile videatur hæc Lithocolo afflictamox ad excusandam perden-

di Methodum Medicamentorumq; ineptitudinem, Exenterationemq; tentaſſent iſti præpoſteri Aruſpices. Deinceps his calculis per ſcalpellum detectis, protinus ad ἀδύναμιν confugiſſent, pronuntiaturi ſe quod facultatis ſuæ eſſet effeciſſe inſtantes contra vim mortis non eſt Medicamen in hortis: uſque adeo credulis mortalibus imponunt!

32. Quandocunque ex diſtentione nimia diutina membrananum, villorum, nervorum, eutonia oppidò lædatur, nihil eandem promptius reſtituit, quàm Salino-Sulphureorum bene ſolentium λεπτομέρεια ſuffitus, vel Gas quæ pro re nata intus aſſumantur, vel foris applicentur. Speculationibus hiſce ad hominis ſalutem, ut ſpero conducentibus peractis; cauſæ, ſive modi hujus entis petroſi colici fiendi inveſtigationi incumbemus. Imprimis ergo quid in hac diſquiſitione Aitiologica ſatis nodoſa, *Galenici* nobis ſuggerant, auſcultemus. Deinde Adeptorum rationes de lithopæa trutinemus, ut pateat uterúmque *Duelech* initia maximè radicalia, juxta veritatis

cotem

cotem ſpectata depromat. *Aroſtotelici* è quatuor elementis, terra potiſſimam porportionem tenente, quæ caloris aut frigoris vi condenſatur, lapides fieri aſſerunt; hic verò quaternarius pro rerum concretione elementorum numerus à *Peripateticis* introductus adeo jejunus, & abſurdus, ut paucos hodie obtineat patronos. Hujus opinionis futilitatem apertè detexit *Helmontius* ſolertiſſimus. Hujus monſtri Petroſi microcoſmici generationem, materiæ lentæ, viſcidæ, mucoſæ, à calore induratæ Schola *Galenica* attribuit, quod placitum quam rectæ experientiæ ſit incongruum quivis explorator ſagax facile comperiat. Siquidem quocunque caloris gradu prædictam materiam mucilaginoſam induſtria exſiccet nuſquam tamen in lapideam ſubſtantiam: ſed offam quandam terream friabilem provehet. Quinetiam vix poſſibile eſt talem corpori vivo ineſſe calorem, qui in loco humiditate jugiter ſcatenti pituitam, vel quodvis excrementum mucculentum, in tam durum corpus concreſcere valeat. Hujuſmodi ſanè qualitas graduata

ta ipſas quidem partes ſolidas in hoc mucci obdurationis actu per humiditatis conſumptionem una concremare præſumatur, vel ſaltem toti tabem ſive maraſmum inſanabilem inferre. Inventum eſſet plauſibilius frigori lithopoieticam vim mediis in undis aſſignare quàm calori, qui impedit urinam, quo minus Arena matulæ parietibus affigatur, Saliúmque criſtallizationem, in lixivio forti remoratur. Aſt indignum eſt Philoſopho Analyſeos & Syntheſeos cauſas primarias Phyſicas à meris caloribus, vel frigoribus deducere; cuncta quippe concreta ſublimioribus principiis formalibus ortum ſuum debent. Idcirco capitali errore tenetur in medendo qui magna in *Duelech* fabrica Agentem potiſſimum ignorat, in Accidentibus conſequentibus excitantibus ejus eſſe etiam radicalem ſitum eſſe credens. Apage cum hac Doctrina Dogmatica lethifera de petrificationis cauſis; inde modum & media fiendi calculi Spagyricis ſciſcitemus.

Paracelſus, ejúſque, æmuli, calculi *Baſim* à *Tartaro* in cibis & potibus contento

tento oſtendere ſpondent, inde ab hoc omnium morborum cauſam originalem ſumere non dubitant. At qui, quam craſsa minerva erratum in hoc particulari noſter Philoſophus plane indicavit, aſtruens alimenta Tartari inſontia.

Eſt certè mere Salacidus metaph. nominis *Tart.* tranſumptio à vino etiam abuſivè ejus adoptio uti conſtituatur Cauſa Morbifica omnium Infirmitatum; quippe *Hyle* Morborum hujuſmodi in nobis generatur Seminalis nempe ac ſimiliter è vitalium fermentorum vitio, Digeſtionum errore, Archei ataxia; quam vini *Tartarus*, cujus Aciditas fœcem corrodens úſque ad ſaturitatem, vaſorum lateribus ſeſe affigit lapidem verum fingentem; qui tamen longe diſtat à calculo ac aliis coagulatis noſopœiis, quæ nequaquam in aqua diſſolvuntur, velùt Tartarus; præterea incongruè quadrat Tartari Inventum cauſæ malorum materiali, quæ prorſus inter excrementa reputatur penitus rejectanea: *Tartaus* verò eſt, pars vini laudabilis eximium habens uſum; tum in Mechanicis,

tum in Chymicis operationibus; neque credibile est *Tartarum* à primis vitæ fundamentis úsque ad viginti annos in nobis latere posse, tum tandem in actum erumpere, Morbum hæreditarium producturum. Siquidem vitæ ærumnæ ingenitæ in Seminis spirituum sinu characterizantur: ibi dormiente usque ad plenam Eruptionis maturitatem, simulatque corpus induerint: in Scænam microcosmi prodere festinant. Cæterum insuper coagulata nostra in verum lixivialem indolem converti recusant, sed Tartarus per Artem in *Alkali* fixum saponarium facile commutari se sinit. Adde hic credimus Tartarum ante prævaricationem Protoplasti non exstitisse, quippe tum pœna ante Reatum modo præpostero quod processui Divino repugnare advertatur, sancita fuerit: neque igitur immediate post lapsum emergere potuit, quòd tum temporis totius creationis Actus penitus consummatus fuit. Tartari idcirco commentum à *Duelech* causis primordialibus prorsus relegandum censemus. Pergamus deinde ad ulteriorem

calculi

calculi causæ adequatæ indagationem, prout *Pyrotechnica* experimenta recluserint. Naturam duos sales insignes, Acidum, & *Alkali*, modo occulto vel manifesto, qui quorumcúnque concretorum compagem primario stabiliunt, nec non tenaciter convinciant, condidisse, Chymia docet. Quocúnque occurunt, coëuntque soluti hi sales, alius confestim in alterius amplexus avidè fertur. *Alkali* imbibit, ac absorbet *Acidum*, ab *Alkali* verò saturatur *Acidum*, horum mutua Actione alternáque agitatione prompte emergit coagulum, fluidorúmq; concretio, atque in corpus solidum compactio. His concessis maximè probabile est à salium binorum hujusmodi *Heterogeneæ Texturæ* constantium in locis indebitis oberrantium, inopinato congressu istius *Duelech* colici basim in choasse: iisdem causis quibus incæpisset hanc molem largam tandem attigisse. Sententiæ traditæ suffragatur Ægræ constitutio, seu dispositio vernacula ad Acidi excessum gignendum valde proclivis. Cui consentiebat Intestini fermentum Topicum Petrificans.

Enimvero *Acidum* volatile graduatum è ventriculo, vel à miſenterio lapſum, vel ab aliquo tranſmiſſum, in inteſtina, ibidem verò à fermento felleo non alteratum nec nullatenus manſuefcens: ſed adhuc agreſtem retinens indolem in ſalem degenerem urinoſum incurrens, *Alkali* non diſſimilem, in colo hoſpitatum à Splene fortaſſe inibi inſpiratum, lapidem hunc, quaſi calcarium ſpiritum diverſans, reciprico pancratio eundem determinante in momento centraliter produxit *Acidi* & urinoſi occurſum, cooperationem, alterutrius peſſundationem, penetrationem, debellationem, retuſionem ac repentinam concretionem: eſſe *Duelech* Inteſtinalis cauſam principalem Mechanice explicari poteſt: utpote affuſo ſpiritui Vitrioli Sale Tartari ſoluto ambo coagulantur & figuntur, præterea quicquid materiæ Exoticæ in ipſomet Spirituum prædatoriorum actu ſtrenuo intervenerit unâ compingitur & in eadem maſsâ petrificata arctè concluditur, unde calculi moles inoleſcat. Huc ſpectat ad probandam *Duelech* originem *Tachenii Pyrotechnica* tentatio, qui

qui cum per diſtillationem è calculi fruſtis *Alkali* urinoſum elicuiſſet copioſum, ſubſiſtente in fundo quaſi terrâ mortuâ, levi, friabili ſub tactu labili, hanc, terram damnatam *Alkali* affuſo ad idem ens petroſum reverti effecit. Hinc inquit diſcitur quod nimirum calculus non congelatur neque in veſica neque in Renibus, niſi ab urinæ *Alkali*, aut *Alkali* loci: & *Acido* indebitè, impertinenter aut per errorem ex ſtomacho delabente; & ibidem degenerato. Hoc lumen intellectuale de lithiaſios cauſâ rectâ *Helmontius* laboer ſophiæ accurate exercitatus nobis attulit his verbis rem repræſentans, Spiritus urinæ apprehendens terram volatilem procreatum ſemine ac fermento fracido & putreſcente ſuſcitat occultam adhuc in potentia, Vini ſpiritum Urinæ Incolam; quibus tanquam duobus ſexubus concurrentibus, terreus quidem præfatus ſpiritus imbibit prædictum unicum coagulatorem, cujus reciprocationis ergo oritur in agendo amborum connexio penitiſſima, quia congrediuntur Spiritu tenus per minima. En habetis adæquatam ac formalem calculi ortus rationem

nem ab hoc ſagaciſſimo naturæ indagatore ob oculos luculenter poſitam; coagulatio nempe fit à Spiritu Urinæ *Alkali* affini Spiritu Vini, & ſpiritu terræ volatili occultum *Acidum* excipiente, quæ ad hoc monſtrum petroſum fabricandum, fermenti vi putreſcentis à potentia in Actum deducuntur: Spiritum autem Aquæ Vitæ à Spiritu Urinæ coagulari poſſe optice demonſtretur. Quare prout ſpiritus urinoſus hic, vel illic vagaverit, *Acidum* proportionatum offenderit, ita variis in locis calculi conſiſtentiæ necnon ſtructuræ differentis procudunturs, hinc etiam Tumores duri, ſugillata, nodi, Schirrhi, grumoſitas cruoris, ac plurimi abſceſſus difficilis curationis oriuntur, quæ morboſa entia eadem materia ex qua ſtruuntur Artificis manu ſummè purificata deſtruere licet.

Quorſum totius integri curatoris niſus præcipuè incumbere debet. Remediis inveſtigandis, quæ materiæ morboſæ in corpore occallentis, Schirroſæ, concruſtatæ, obduratæ, vel lapideſcentis repagula: ne minima violentia naturæ oblata benignè referent,

quæ

quæ improprium exoticum deprædentur genuino vernaculo illæso, licèt veró mihi non conceſſum fuerat tunc temporis, hujuſmodi menſtruum tam inclytum ad *Duelech* colicicompaginem reſolvendum notitia potiri, quocirca ejuſdem deturbationem è nido ſuo, tum deorſum protruſionem per abſtergentia, aperientia, Diuretica, ubi daretur fiſtula ſatis patula.

Emeto-cathartica, Emeto-diaphoretica moliri coactus fuerim, nihilo ſecius Adeptis quibuſdam verùm at rariſſimis compertum eſſe *Lithotripticon* non ambigo. Sed quatenus pauciſſimis adire *Corinthum* contingat, nonnulla ad calculi præcautionem & Arenarum Tartar. materiæ expulſionem longa dierum ſeriè ſpectata deſcribere expedit. Cauſa antecedente quæ intra vaſa præcordialia latitat per apta Medicamenta reſolutiva amota, *Helmon. Dauci* ſemen ad calculi cauſa præciſionem laudibus proſequitur, utpote odorem ſaxatilem domat ac comprimit, lapides fructuum, palmitum, ceraſorum, prunorum in menſtruo nephritico liquati inclinationem ad calculum retardant.

Lignum

Lignum nephriticum, fructus, *Alkekengi*, *Recabunga*, *Betulæ Ramuſculi* teneriores, in liquore Archeo gratiſſimo macerata calculoſam proclivitatem impediunt & ad priſtinam ſanitatem aliquatenus reſtaurant, Betulæ Rami ſuperiores menſe martio dextrè reliti vaſe Vitreo appenſo laticem ſatis ſuavem copioſè præbent, cujûs virtus in calculi augmento intercipiendo, palmam, imò etiam in ipſo Paroxyſmo conſolando ſupra cætera merito aufert. Quantitas hujus Liquoris ſumenda eſt ℥ij, vel tres, tempore matutino: oleo ſupernatante toto anno integrum hunc Succum cuſtodire licet, ut in promptu ſit, quibúſvis Diureticis commiſcendus; partium quippè convulſionem, doloremque placat, ergo in Dyſuriâ, vel Stranguriâ propinatur cum allevatione ſpiri. *Terebinthi Alkali* imprægnatus inter præcipua Parophylactica remedia, nec inferiorem Arinoſæ materiæ expulſorum reputari debet. Saxifragæ variæ ſpecies: *Lithoſpermum*, *Parietaria*, urticæ vulgares, ac *Romanæ*, partes, *Heliotropium*, *Gramen Parnaſſi*, *Polygonum*, *Selinoides*

linoides, ſive perceſpierre *Angl. Hedera* terre, ſtrislinaria, *Filipendula*, *Aſperula*, *Raphanus* acris, *Halicacabus*, virga Aurea, capitula hiſpida, *Cynosbatæ* ſemen, radix *Bardanæ* ſunt Diuretica lenitiva; mucilagines tartareas, Atomóque ſabuloſos exigunt ventriculo, inteſtinis, Splene, eorúmque vaſis quaquaverſum exporrectis, prius probè mundatis.

Althæa, malua, óleum olivarum, Amygdal. membranorum ſpaſmum & criſpationem leniunt.

Aromata, nux myriſtica, Macis, Crocus renes confortant, unde officio vivacius funguntur; Sal Tartari volatilis, Sal vel Spiritus Offium Microcoſmi, item Spiritus Urinæ humanæ peculiaris electióque, in minuendo calculo vires habet egregias.

Liquoris reperti in veſicula Tauri Embryonis nondum nati ℥ij, ſingulo mane cum Vino albo epotæ: teſte *Helmont.* in calculi ſanationem ſpecificè conducunt, idem ex embrione Hirci valet. Succus conchyliorum marinorum nigrorum, oculi cancrorum ſubtiliſſimè triturati, at potiſſimum

mum citò dissoluti nephriticis conferunt. Idem præstant lapides in Animalibus inventi, qui [illegible] ab agresti indole, in suavem mitemque reducunt. Iidem lapis Nephriticus Judaicus, mandibula lucii piscis, Crystallus, Succinum, juxta artem Pyrotechnam tractata calculosis subveniunt.

Helmontius Spiritum salis *Hispalensis* extremo igne reverberii distillatum commendat in lithiasi.

Omnia nitrosa, lixivialia, Saponaria vi prædita, fordium sentinam abluunt, item feri sanguinis acredinem retundant, eo quadrant Fontes Eburini, Sulphur martis detergentissimum.

Quæcunque Spiritum Lotii extravagantem & Acidi exotici concursum inhibent, aut retardant, etiam in alienam messem irruptioni obstant, vel eorundum intimam concretionem refigunt, ac colliquefaciunt insignem habent usum adversus calculum.

Sed omnibus antistat ludus Paracelsi; Silex quidam tali vel cubi formâ, erutus ad ripam *Scaldis*, qui in pulverem impalpabilem redactus, salis circulati medio in oleum, & tandem

dem

dem in ſalem volatilem guſtum lotii aliquatenus referentem migrat habentem, ut (docet noſter Philoſophus) amicas proprietates naturæ noſtræ, ſed quia in Digeſtionum officinis non ſeparatur, ideóque libenter recipitur, ſimúlque ad renes dimittitur.

Succeſſus fauſtus in calculo præcavendo atque levando, quem Arcana noſtra repetitum exhibita ſuggeſſerunt, eorundem laudem meritam reticere non ſinit. Quapropter Agyrtam ago (ut *Galenici* convitiantur) ſi methodum noſtram in monſtroſa calamitate obſervandam propalem.

Imprimis ergo Paroxyſmo ingruente Tinctură noſtram Emeticam *Pulv.* vel *Pill.* Emeto-cathar, ſemel, bis, vel ter pro exigentia *Duelech* laboranti offero, quæ, primas vias in quibus originitùs *Duelech* rudimenta cuduntur, & ſi detur exitus ſatis patulus lapides decutiant, à ſordibus everrant, deinde Diuretica è ſalibus volatilibus lixivialibus cum Sulphuribus Specificis Anodinis largè propino, qualia exiſtunt Polycea noſtra, Tinctura Solaris, Tinctura Balſamica, Spiritus Nephri-

ticus, item vicibus alternis Pilulas Polychreſt. deglutiendas mando, iteratis vomitoriis noſtris interea exterius applicata non prætermitto.

Ad cauſæ occaſionalis antecedentis præciſionem ſtomacho conducunt Emetica noſtra, quæ utrum notabilitèr purgent ſuſque deque haieo modo Euphoria ſequatur; de quo non multum ambigo, deinde per aliquot dies Pilul. Polychreſt. aſſumendæ ſunt cum eſſentiâ ſtomachi, & Balſamo ſolari, quoad Diætæ regimen ſit moderatum, necnon nutrimento proto-magiro gratum, aer ſalubris eligatur, quinimo patiens exercitio legitimo opportuno utatur, mentem tranquillam quoad fieri poſſet ſervet, corpus à ſuperfluis liberet.

DE

Splenatomiæ Hiſtoria,

In quâ ejus NOMENCLATURA, *ſubſtantia, quantitas, figura, color, ſitus, uſus & officium* Morbi *& Curatio explicantur.*

INter viſcera, nulla pars Organica crebrius apud Authores Medicos nominatur; nulla propter inſignes vires ejus, ac uſus magis celebratur, quàm Lien, unde hæc Splenologia valde neceſſaria, ac Phyloſopho digna cenſenda eſt. Ab Hebraicis à Græcis Σπλὴν, Σπλήνιον, quaſi Σπλάγχνιον κατ' ἐξοχὴν, unde medicamenta Splenia ad figuram Lienis fabricata veteres verterunt Colum, quoniam Cruor hoc viſcere quaſi Colo defæcatur. A Latinis *Lien* vocatur à ligando, quia morbo laborans interdum veluti Zona præcordia cingit, vel à λιάω quod recte valens curis homines liberat, nã Splen ridere facit fortaſſe: etiam à λαῶ. læ-

ticus, item vicibus alternis Pilulas Polychreſt. deglutiendas mando, iteratis vomitoriis noſtris interea exterius applicata non prætermitto.

Ad cauſæ occaſionalis antecedentis præciſionem ſtomacho conducunt Emetica noſtra, quæ utrum notabiliter purgent ſuſque deque haico modo Euphoria ſequatur; de quo non multum ambigo, deinde per aliquot dies Pilul. Polychreſt. aſſumendæ ſunt cum eſſentiâ ſtomachi, & Balſamo ſolari, quoad Diætæ regimen ſit moderatum, nec non nutrimento proto-magiro gratum, aer ſalubris eligatur, quinimò patiens exercitio legitimo opportuno utatur, mentem tranquillam quoad fieri poſſet ſervet, corpus à ſuperfluis liberet.

DE
Splenatomiæ Hiſtoria,

In quâ ejus NOMENCLATURA, *ſubſtantia, quantitas, figura, color, ſitus, uſus & officium* Morbi *& Curatio explicantur.*

INter viſcera, nulla pars Organica crebrius apud Authores Medicos nominatur; nulla propter inſignes vires ejus, ac uſus magis celebratur, quàm Lien, unde hæc Splenologia valde neceſſaria, ac Phyloſopho digna cenſenda eſt. Ab Hebraicis à Græcis Σπλὴν, Σπλήνιον, quaſi Σπλάγχνιον κατ' ἐξοχὴν, unde medicamenta Splenia ad figuram Lienis fabricata veteres verterunt Colum, quoniam Cruor hoc viſcere quaſi Colo defæcatur. A Latinis *Lien* vocatur à ligando, quia morbo laborans interdum veluti Zona præcordia cingit, vel à λύω quod recte valens curis homines liberat, nã Splen ridere facit fortaſſe: etiam à λεῖος læ-

vis, mollis; est autem viscus valde tenerum.

Parenchymate præditus est spongioso at raro, fibris innumeris intermixtus, si non recte dispositus aliquam variam substantiam induat duram, renitentem, Schirrosam, Venas à ramo Portæ, Arterias Insignes, numerosas à Cælica, Nervulos per superficiem distributos à Sexto pari accipit. Granditas vel parvitas hujus visceris à peculiari corporis constitutione ingenitâ ac salubritate vel à valetudine læsa dependet. *Saturnini* largiorem plerúmque obtinere lienem, *Joviales* minorem. Morbis longis emaciatis sæpenumerò ampliatur & tumefit; unde nomen fisci ei à nonnullis impositum fuit, ideo quod à tota instar tyranni publicè corradit, reliquis partibus pabulo destitutis, ob inopiam langueſcentibus.

Color pro ætate ater, purpureus, vel plumbeus conspicitur, in uno latere aliquantulum cavernatum se ostendit, in altero convexum & protuberantem, linguæ bubulæ assimilatur, sed extra sanitatis limite valde oberrans,

varias

varias figuras repreſentat.

In ſiniſtro Hypochondrio locum tenens è regione Hepatis, ſed paulò depreſſiorem, parte convexa, Diaphragmati, Coſtis, & reni ſiniſtro allegatur. Simâ verò vaſorum Membranarum interventa, Omento Ventriculi, quem amplectitur, & pancreati connectitur.

Imprimis autem antequam de uſu, functione, Morbis & medela Lienis differam; hujuſce viſceris exectionis hiſtoriam enarrare ſuſcipiam.

Anno 1651. Medicinam factitanti in *Rochfordia*, *Eſſexiæ* oppido, haud procul à mare ſito, oblatus eſt mihi Caniculus vivax, Cubiti altitudine, qui ad feneſtræ obicem alligato inciſione ſubter coſtas nothos ſiniſtras uſq; ad ventriculum atque inteſtina quæ repentè emicueruut ſecundum tendinum quoad fieri poſſit rectitudinem, cautè facta, Splenem totum detruncavi Membranis anguſtis prædictis repoſitis vulnus circumici. Peritonæi conjunctio ob nimiam feſtinationem præterita, unde *Hernia* lateris ejus ſupervenit Splenem abſciſſum ad

Rhombum vitreum, ubi per aliquot dies integer permanſit. Ejaculatus ſum hoc animal miſerè vulneratum exolutum poſt applicationem Balſami Chimi. ac in pedes locatum formidatum ne ſubito expiraret, ſed aliquamdiu vacillans tandem ſe ſubter cubile tremulus obrepit, in quo quaſi in luſtro per 24 horas diſcubuit, vulnus lambitans, hácque Mumiæ lingualis virtute Solutionis continuus dolor pacari incepit: adeo ut die ſequenti in propatulo ſe oſtendit circumſpiciens, huic lac tepefactum offerebam, ſed guſtare recuſavit, deinde paulò poſt inunctis vulneris labiis, ſtandi tædium ſentiens in priorem locum ſe recepit; Die tertio iterum apparuit meliuſculè ſe habens, atque lactis aliquantulum perlambens, hinc admonitus fui ſtomachi vim fermentalem pauxillimam recuperatam fuiſſe, cujus tonus indies increvit vegetior: ſed motum Inteſtinorum periſtalticum non parum oblæſum fuiſſe, ex ventris conſtrictione percepi; quod partim ex ſanguine extravaſato compreſſo, partim ex poteſtate eorum injuriata, reſpectu continuati,

tinuati, affinitate vitæ ſtomachi, ejuſque appendicis colongatæ: quia non parum damni inſciſſione vaſorum paſſus eſt. Ad Alvi conſtipationem mitigandam arte uſus ſum ſolutiva. Parvo temporis proceſſu tubercula quædam, circa Ilia, Teſticulos, & Virgam detecta fuerunt, quæ maturitatem adepta aperui, atq; ſanie copioſa erumpunte appropriatis medicamentis intus & extra adhibitis ſanavi, ſic Brutum moriturum ſemi-menſis Intervallo eoúſq; redinti gratns, ut deorſum deſcendere Opſonii fruſtula rejectanea ſubter menſam colligere, imo hiac atq; illac per domum diſcurrere valeret.

Inſolitum hunc canem mutilatum Aſplenon admirantur vicini nonnulli etiam doctiſſimi, præſtitum fuiſſe vix credidiſſent, niſi fidem, probitatem in actis noſtris reperiſſent. Hac re varia problemata propoſuerunt, quibus pro ingenii exiguitate retulimus huic Aſpleno vegeto ac vivaciſſimo quem acie, apud hanc ſpeciem per totum vitæ curriculum unquam intuitus ſum, indulgent univerſi experimenti novitate allecti iſtius animoſitatem, voraci-

tatem, ſagacitatem, ſalacitatem, quinimo pernicitatem, licet non eſſet ob *Herniam* Hypocondriacam pro inteſtinorum ſatietate, vel vacuitate ampliorem vel diminutiorem [illegible] maximè affecti. Cum per aliquot menſes ſatis exploraverant poſſe Animal ſine Liene ſanum degere, *Londinum* me conferens Colloquio opportuno dato cuidam Anatomico collegæ in ſectionibus crebro verſato, ſed Suffeti Hectorico hoc ſecretum aperui, qui in diſcurſus limine facti raritatem amplecti ac lætari videbatur; ſed poſtea livorem thymoſum, ut ex vultu ac verbis patet, quod quidvis extra Collegii parietem in ſectionibus *Galenicis* peractum fuiſſet in ſinu ſuo fovebat. Hinc inde aborta eſt ſimultas quorſum neſcio, niſi quòd præſtantiora quam ipſe in Anatomia patraverim: utcumq; Zelotypiâ ſimulatâ obnixè obſecrans ut iſtum Aſplenum in hanc urbem celeriter tranſveherem, quo hujus objecti non vulgaris ſpectaculo oculis ſatisfaceret; cui annui, hujus operationis modo medicis ac eventu explicatis. Interea dum rus redeo omne ſaxum volvit hic famige

geratus Anatomicus quo hujus praxeos Anatomicæ benè meritum ſibi arroget; quocirca Chyrurgis aliquot coactis ad opus Splenotomic. ſe accingit, juxta ſcilicet noſtra dictamina inciſionem aggreditur, abſolvítque Lunæ revolutione finita. Liene orbatum juxta pollicita *Londinum* apporto. Hoſpitium ingreſſus prima fronte me ſalutans, Dominus fundi dixit, ah' nimis ſerò huc veniſti! quippe Chyrurgi hujus civitatis centum Monetæ legitimæ oppigneraſſent experimentum Splenotomi potuiſſe conſummari nihilominus illi cum Doctore executi ſunt: addidit inſuper Marchionem *Dorceſteriæ* innotuiſſe Splenotomiam, qui principio de experimento tecum confaburari expetivit, ſed num ipſe & Dr. *Galenicus* Canem per plateas Aſplenum diſcurrentem acquiſiverunt. Nil moror inquam modò ad Phyſiologiæ ac Therapeuticæ facultatis provectum redundet, me pariter prototomicum in hoc agnoſcunt, cæterum quàm malè demum mecum actum eſt in hoc negotio ſatis noverint nonnulli viri egregii. Quippe hic præfatus *Galenicus* ſe ejus inven-

inventorem & primarium actorem in publico indignè asserebat. Porrò nostri Virtuosi, *Galeni* fautores, sibi proprium asseruissent Artis hoc specimen non sine æstimationis læsione. Num hoc Plagiarium superlativum quivis rerum Judex intelligens adiaphorus statuat. Atqui quæ ad nostrum tentamen Anatomicum certo exploravi, Animal Entelechia potitum per binos solidos annos tréſq; menses incolumem, Robustum, Agilem, famelicosum, salacem, ac maximè pugnacem, sine Liene vixisse, imò vitam protelasse probabile: si non in certamine impari ab altero Cane se grandiore morsus fuisset, à cujus dentibus virulentis ut opinor aliquamdiu postea mortem oppetivit, cujus mors non minus quàm vita mihi Documenta Physica dedit, utpote cadavere hoc mutilato dissecto singulas quasque partes notabiliores perlustravi: Ventriculus, Pulmones, hepar, Vesica Fellea, Pancreas, ac Renes integritatem præ se ferebant, in loco vero Lienis exempti ne minimum *Parenchymatis* vestigium apparuit: imò ne vacuitas ob externorum aliqualem subsi-

dentiam,

dentiam, & internorum projectionem, vasa sciſſa sanguinem tantillum effundebāt, adeo ut vix cochlear hujus rubicundi Balsami detegerem, una portione colliquata, altera vero coagulata, utrum autem hæc πήξις & πλδσις à morsu bruti ferino vel à defectu splenis orrientur deinceps discutiam; sed in hoc cadavere aperto præcipuè observanda erat Iliorum contorsio convoluta & nodosa, complicata, quæ in conspectum venit in *Herniæ* regione. Paradoxum sane mihi videbatur Chyli transitum dare posse per tot *Mæandratas* tunicarum crassarum circumgyrationes, quarum Fistulæ, pennæ *Anserinæ* magnitudinis dimidium non excedebant: præterea in hac densa conglobatione Iliorum sesqui ulnæ longitudinem continente, qui motus Peristalticus præstari ad succi necnon scoriæ ulteriorem provectionem intelligere haud facile est. In magnis angustiis Natura vires ultimatas, ad individui conservationem usq; ad prodigium aliquando exerit. Hujus exemplum in hoc Catulo, Splene, & Intestinorum foramine legitimo orbato præsto sit.

Hoc

Hoc Experimento Splenetomico à me primo expreſsè confecto, è veſtigio abortæ ſunt lites inter Ingenia ſolertiora, unde comparatum ſit Animal perfectum ſine liene vivere poſſe; vixq; fidem adhibuiſſent niſi hujus viſceris exſectio iterum, iterúmque deinde tentata fuiſſet. Profectó obſtuperunt plurimi vitam ſuperfuiſſe huic cani, poſt hunc detruncatum; ſiquidem tot inſignes Potentiæ functiones ac dotes viris nonnullis Doctiſſimis Spleni attribui ſolent: ita ut benè ſe habente integrum vegetetur, ac floreat, ſi vero aliquando valdè titubet in valetudine cuncta in hac Oeconomiâ Microcoſmica ruunt in deterius. Propterea in hac Officina Fermentum Stomachicum ab egregiis Philoſophis fabricare affirmatur; quod ſonat perinde ac ſi ſplene adempto vis ejus digeſtiva penitus aboleri neceſſe ſit. Quinimo urges generale iſtud Axioma, Natura nihil fruſtra agere, quod cum ſit veriſſimum, Qualiter rectæ ratione conſentiens videatur poſſe animal ſine maximo damno, ſin minus vitæ jactura, tam nobili viſcere indigere; præcipue hoc penſi-

tato

tato unumquodque perfectum ſenſibile ab ortu hanc partem poſſidere. Fateor quidem ſi in Doctrina *Galenica* aliqua fuiſſet Alethia, nempe Splenem abjectiſſimi excrementi Atrabiliarii fuiſſe ſentinam ejus ablationi abſque notabili nocumento indulgeremus: ſed cum nobilioribus exercitiis deſtinatus ſit hujus eviſceratio, ſine noxa grandi non connivendus eſt niſi Autopſia experimentúmque noſtrum in hoc aliiſq; canibus ſecus docuiſſet. Cum ergo tot illuſtres poteſtates vitales Lieni à primordiis indi fateri cogamur; nihilominus patet eo totaliter exempto ſanum vivere Brutum, Rationem penitiùs introſpiciamus unde hoc eveniat.

Imprimis notum eſt Naturam ad maximas difficultates redactam inuſitatos ſeipſum preſervandi modos ac media vix ſomniata præter ſpem inveſtigaſſe, adeo ut Miracula in hoc Microcoſmo aliquando contigerant. Obſervatum Pulmonis medietatem tabefactam fuiſſe vita per aliquos annos protracta; imo totum ejus Parenchyma vaſis præcipuis intactis in ſaniem colliquefactum fuiſſe, reſpiratione aliquanti

ti ſuperſtite, itémque carnoſam Renum ſubſtantiam ab Ulceris Ichore corroſivo conſumtum fuiſſe. Vi tamen inſita vaſorum Emulgentium, necnon Ureterum Urinam tranſmeaſſe: Quod ni ergo diffiteamur concedere quin hic ſanguis coagulatus, id eſt, Lien corpore penitus adimatur, omnéſque nihilo ſecius functiones rite abſolvuntur, ſtomacho ejus interiori Arteriis videlicet ſubſiſtentibus; Quippe *Helmontius* denunciat: *Quod Arteriæ non omnem dent vim Spleni, nobis inſinuans pauxillum efficaciæ intra Corpus hujus viſceris carnoſum comprehendi, niſi à vaſis pulſantibus jugiter foveatur, ad hoc confirmandum pergit noſter Philoſophus optimus paritatem ab Aſtris aſſerens.* Sed ſe habent Viſcera per modum Aſtrorum: *Nam quamvis Aſtra à Sole lumen mutuent, ineſt tamen ſingulis peculiaris ſua proprietas, & agendi Robur, quod in Luna eſt longè evidentiſſimum, circa Maris receſſus, Æſtus, & exundationes: Eſto ergo quod Arteriæ Splenis vires Solis habeant. Ipſe tamen Splen Genuinam ac Natalem dignitatem, ſibi peculiarem obtinuit, licet Cordis famulitio in præparatione ſanguinis & Spiritus Vitalis*

Vitalis gaudeat. Nequaquam idcirco prodigioſum reputandum, ſi in Microcoſmo cuncta aliquamdiu floreant, ac vigeant, ſanguis benè inchoetur, probe digeratur, circuletur, ac maturetur, licet Eclipſin, vel Amotionem patiatur Lienare Aſtrum, dummodo Arteriarum Solares Radii in Stomachum quaqua verſum diſpergantur.

In *Hæmatiaſi* affatim probavi ſanguinem, ejuſque tenuiſſimam exhalationem, Archeum eſſe primarium Animæ Organum, quod per ſingulas operationes in corpore exequitur: quo omnibus numeris recte conſtituto, omnia bene ſe habent, malè verò diſpoſito declinat ſanitas, quæ prout ſe gerit Fermentum in Eupepſia, vel Diſpepſia, ita in futurum melius vel deterius conſummabitur. Oſtendi inſuper ſanguinis ſcatebram eſſe in ſtomacho, alicubi etiam notavi ſanguinis in Ovo Lineamenta ante Hepatis, vel Lienis conformationem claruiſſe. Unde ſine fluctuatione concludimus, illa viſcera à Rubicundo ſucco ſuam Baſin ſumpſiſſe contra Medicorum opinionem vulgarem. Hoc ab Autopſia conceſſo

fidenter

fidenter aſtruimus cruorem in ſanguinem à peculiaribus, eidem inſito, fermentis converti, ſanguinem nempe creare ſanguinem; licet non negandum ſit loco nonnulla ſelectiora in quibus potiſſimum Fermenta hoſpitantur, à Natura deſtinari: quibus ex aliqua occaſione læſis, aut perditis, innatas vires exerit hic liquor puniceus; in quo Anima propriè habitare dicatur, pro illius modulo ad injurias reparandas, viſceribus oblatas, veluti in hoc caſu Splenetomico perſpicuum eſt. Enimverò tametſi iſta pars in Præcordiis ſita præſtantiſſimis dotetur potentiis, ab eoque ſtomachi inſtrumentum acidum derivari affirmetur. Adeo ut ſuſpicare liceat hujus abſciſſionem certam toti ruinam afferre poſſe. Attamen cum à Spiritu Architectonico, qui ſanguinem, in quo primario ſtabilitus fuit, in hanc Maſſam obſcure rubicundam coagulaverit, Originem duxit: neq; virtutem ullam eminentem per ſe ſine vaſorum influxu obtinuerit, haud ulterius dubitare debemus: quin Arteriæ quarum in hac regione apparet copia, ingruente neceſſitate, hanc jacturam

ſupplere

ſupplere valeant eandem efficaciam radicalem quaqua verſum cruori ſuppeditando, fermentúmq; digeſtivum ventriculo adminiſtrando, ad individui præſervationem diuturniorem comprehendimus: ergo hunc caniculum Spleni orbatum ſarta tectáque valetudine per aliquot annos potitum eſſe, medio vaſorum pulſantium; quæ tam nobilis Perenchymatis jacturam compenſant, fermento adæquato, immediatè per Arterias Stomachicas, Arteriæ magnæ Ramo Celiaco oriundas vel ductus clandeſtinos inter Membranas, vel in ventriculi cavitatem traducto: quinetiam duplex ad ſtomachum ſpectat fermentum, unum aliene provenit, alterum genuinum ſibi vernaculum, illo deficiente hoc in maxima exigentia magis intenditur; Sollicite enim à Natura provida comparatum eſt, ut in tanti Momenti opere, quale eſt digeſtio principalis individui, ſalutem ſupremè reſpiciente genuinam ſibi præſtò ſit nervus robuſtus; quo uno mutilato, vel abrogato, alterum in negotio peptico, opitulamen ferat vicémque ſubeat. Optimo ſane jure hæc

Ordinatio Stomachi ac Splenis Microcoſmica ſive Regimen *Ariſtocraticum*, ab acuto *Helmontio Duumviratus* appellatur: cujus mandatis ſi crebro benè conſentiant, obſequenter auſcultant omnia ſubjecta: ſi verò diſconveniant, Ataxia oritur in hac Republica; ſed Væ fuiſſet Poteſtati digeſtivæ primariæ; ſi Zymomati Splenico ſoli confidiſſet Stomachi; nam crebro extinctum fuiſſet, Vitæ Lumen, niſi in Febribus aliíque morbis ubi ſilet, ex dyſcraſia Lienis, Actio ſalutifera fermentale Chyli conficiendi munus, per proprium ingenitum robur ipſi ventriculo quadantenus delegatum eſſet. Quapropter extra dubium eſt Naturam nihil fruſtra agere. Bini ſcilicet Oculi, Aures, Renes, Teſticuli, &c. Necnon comparia Zimoſeos inſtrumenta conſultò ordinantur; ut vis unita fortior: alterius ad alterum poſcat opem, quandocúnque alterutrius inſignis functionum noxa, vel deletio inferatur: Tandem ut laconice hoc problemate defungar, tum ratione, tum exploratione convictus aſſero, Stomachum ob dignitatem ſanguinis ſubſtruendi arteriáſque

tériáſque propter ejuſdem perficiendi dotem Germanam Splenis annihilati in Viliorum Animalium genere officium ſuccenturiare poſſe, ſalute quodammodo indemni manente. Quod verò ad hominem attinet, cujus actiones ſublimioris ſunt claſſis, aliquantillum hæſito, utrum Σπλωνάποκοπὴ Lienis exectio in tam tenera Creatura, æquè ac in Brutis, in æternum interituris celebrari queat, in morbo deſperato cum aliquo fælici fructu imò metuendum eſt, ne ſub hac Chirurgia cruenta *Hæmorrhagiam* copioſam pene inevitabilem, extemplò expiret etſi provivat, an non valitudinarius languidúſque continuo degat, quoniam vitæ diſpendiis detrimentíſque reſiſtere non tam æquipolleat, hic à Cunabilis delicatiſſimè nutritus, prout obdurata alia Animalia in hoſpitio Aeris, injurierum patientiſſima. Porro autem facile ad credo Beſtiarum Ætatem partis tam celebratæ præcordialis orbatione neceſſario accurtari, utcunque damnum ſenſibile aliquamdiu nobis non pateat. Peroptarent quidem nonnulli Splenalgici ſe aq hujuſve viſceris diris

atrocibúſque torſionibus, Hypocondriaca ſuſcepta pertuſione à ſcabello tuto expediri poſſe. Sed Curatio eſt plena Aleas, præter hæc hujuſmodi ſanguinária Operatio ob illicitam ſævitiam recuſari debet, quippe nos Chriſtiani in ſacra Pagina præſtantioribus imbuimur. *Nempe Deum creaſſe Remedia, & neminem præter inſipientem eadem ſpreviſſe.* Hæc ferina Medendi Methodus ad *Galenicos* ſanguinem vitalem ſitientes, ſatius quadrat. Abſit ut legitimi Philoſophi hanc Lanienam, ſauciam, tyrannicámque ſuper pellem humanam exerceant. Hi adepti ſunt Anodina quæ angoríſque cauſam ſpinalem auferant, abſque vulgari Opio nimis frequenter ab illis incaſſum uſitato. Cæterum proculdubio ſi minus Myſochymici remoras atque obſtacula quorundam ingeniorum conatibus injicerent, ad Morborum qui ab illis inſanabiles reputarentur, Catalogum Blaſphemum, Remedia ſine Novaculis longè antehæc reperiſſent. Hæc quæ dicta ſunt competant pro ratione Animalis ſine ſplene alacriter viventis.

Hinc Documenta quædam utilia

Phy-

Physica colligere licet, quæ ab hac Σλησπαθομία emergant.

1. Quod è Brutis Viscus Nobile eximatur sine valde evidenti incommodo, idem verò homini demere negatum sit ob Diætæ rationem irregularem (unde Balsamus innatus degeneret) morbos Hæreditarios, Organorum mollitiem, atque Animi Pathemata exorbitantia; à discordia Animæ immortalis ac sensitivæ oriunda atque functiones longè illustriores.

2. Lien nequaquam debet æstimari pars supervacanea, otiosa vel susque deque habenda, utrum adsit vel desit, eo hoc Experimentum testatur illo protinus organo amolito.

Per aliquod spatium alacriter valuisse Animal abjectioris sortis: Natura namque nihil frusta agit. Et licet pro tempore hac defectione nullum grande nocumentum eluceat, non potest, non quin tandem aliquod nocumentum luculentum toti inferatur.

3. Viscerum *Parenchymate* assumpto vasa vitalia ejusdem indigentiam suppleviisse compertum est, hócque sæpius constaret, nisi fistularum sanguinea-

rum Corrosio, Diapedesis, aut Anastomosis vitæ filum immaturius præcideret, quod isti Animalculo contigisset si tubi pulsatiles præcociter non consolidati fuissent, cruore extravenato per Abscessus varios Cutaneos fortiter proscripto.

4. Natura maximè sollicita fuit de instrumenti peptici primarii tutela; duo præcipuè Hospitia constituens, ubi pro necessitate cuderetur; nisi siquando alterutrum perderetur in procinctu ejus vicarias vires suas in Mumiis paribus persolvendis exereret. Quoties ergo Lien in hoc officio titubet vel Apostasiam patitur, quod non raro tum in malis Acutis, tum longis pateat, stomachus subinde ultimatum Robur in substituendo proportionato fermento protendit quod si etiam penitus hac in parte succumbat, mors præ foribus expectanda est.

5. Eruditur inesse *Caninæ* linguæ *Alkali* volatile Balsamicum maximè Medicamentosum, quod plagas ejus profundissimas præter spem sanet ἀντιπνευ. Idem Sal in hominis liquidis solidisque partibus oberrat qui si graviter

viter eliciatur, ac ad ſummam paritatem evehatur, Continui ſolutiones periculoſas conſolidare valeat. Hoc verum quidem ex Notitia experimentoſa promulgo, capiátq; qui capere poteſt: Diſcat nempe Tyro ſine ignis tortura Spiritus Microcoſmicos ſegregare, exaltare, ac edulcare. Tum deinde conſtabit Acidum quod in vulneribus, ulceribus ac ambuſtionibus potiſſimum infeſtat ab hoc *Alkali* demulceri ac abſorberi. Neq; opus erit ut tam Anxie unguentis, aut Emplaſtris ab Aeris injuria vulnus munire ſatagat; quippe Acidum in ambiente continuo fluctuãs corruptionis prodromum potentiſſimè extinguit, ac retundit: inde poſtea Naturæ vi Collæ ingenitæ diſcontinuitates in unionem redigere poteſtas libera datur. Siquidem impedimentis oblatis Archeus ſolus medicatur. Hinc egregia ſtoliditas ſi non malitia Vatiniana *Galenicorum* detegitur, qui in noſtra Remedia evehuntur, clamitantes ea eſſe intenſa, calida, corroſiva, Æſtuantia humidum radicale excoquentia, vitámque coarctantia, quanquam revera ne tantillum ſalinæ pro-

prietatis urentis, vel corrodentis excipiant; nulla deinde recrementa quæ instar aculei in carne Archeum in indignationem lacessant, aut exacuant, possident. Nequicquam deníque habent virus ocultum, quod vi particularum fermentiscentium Naturæ perduelle ὑπερόμωσιν; viz. Effervescentiam in succis suscitat unde calor præternaturalis superveniat.

Cruoris extravenati, ac coagulati robusta ad Cutem exterminatio atque maturatio optimum sanitatis signum portendit, utpote expulsio Materiæ vitiosæ à Centro ad circumferantiam, viribus constantibus, significat à Natura victrice debellatum esse Morbum: hoc notabile fuit in isto Animalculo, qui in hoc languido statu sanguinis effusionem grumosam exterius quaquaversum ablegabat, cum Euphoria subitanea; qui si äliquando intus permansisset indolem virosam in vitæ perniciem induisset.

7. Arteriæ vulneratæ, præcipuè internæ grandiores; *Hæmorrhagiam* inter necivam, non raro accersunt, nisi cruore, thromboide, vel ligatura stri-

ctiore

ore orificia obſtruantur, hæc artificioſa ligatio à me neglecta fuit, & ſuccus grumefactus ſubligaculi vicem ſupplebat, aut cito periiſſet Canis, de ſecuriori via per protopeiriam noſtram deinde inſtructi alii Fiſtulares Tunicas imprimis vinciebant, antequam abſciſſionem tentarent, hoc pacto plurimæ incommoditates evitantur, ac longè tutiùs Splenotomia peragitur.

8. Corporum diſſectio multiplex Medicum in Arte Hiatrica inſtructiorem reddit, ornat, diſponítque eum ad ſolertiorem medendi fiduciam & χειροπείσιν exploratiorem, quippe hinc Medicinæ ſubjecti principalis omnes ſinus, angulóſque, divaricationes, ſitus, origines, terminationes, proportionéſque perluſtrans, ſcopum Remedia applicandi generoſa melius attingere valeat. Cæterum in hac Eviſceratione partium, dilaceratione, deartuatione, necnon diviſione, debet acquieſcere fidus auxiliator, ſed ſummo niſu ſeipſum exerat ut Medicamina eximia, quæ Morbos diros detruncent

truncent ac jugulent, aſſequantur, alios cluet jejunus & mutilatus Curator, cujuſmodi ſunt Dogmatici qui de Anatomiæ πολυπραγμοσύνη gloriant. Phylologiam etenim poſt aſſiduam, librorum lectionem lucubrationes enervantes, peregrinationes periculoſas, diſceptationes tædioſas, Botanologiam, Animalium diverſæ ſpeciei partium inſpectionem curioſam, hoc unum maximum neceſſarium eſt, ut Materia Medica ad dira Vulnera ſananda rite inſtruatur: Quid autem prodeſt me, Splenem abſtuliſſe ex caniculo, abſque vitæ diſpendio inſigni, ſi ab hujus viſceris Morbis, miſerè cruciato, ne tantillum ſubſidii radicalis porrigere poſſim, hanc metam, acquirendam Labor Sophiæ, i. e. Chymia, ſupra omnia nos informat. Hoc ſcilicet Χημικὸν mirifice ac intime relevat; cum interea Methodus *Galenica* ipſo quidem Morbo ſæpiſſimè oneroſior eſt.

9 Beatula reputaretur vita humana, ſi hoc viſcus malis auctitatum ſine noxa amputaretur, ſed longè fælicior

licior eſſet ſi ægritudinem imminuiſſet, nihilo ſecius haud aliquid inane, vel ſupervacaneum cenſendum, quia Morbis maximè obnoxium. Quatenus, exinde ſapientiſſimus rerum Conditor cuncta in numero, Pondere, ac Menſura, creaverit: idcirco Blaſphemiam ſaperet aſſerere Lienem διαφορῶς, vel βλαβερῶς, fabricari. Sed Miſeriis quas ex hac parte patimur ex noſtra Diæta inordinata, ac Luxuria ſtupenda provenire ſtatuere cogimur, ultronea inquam noſtra intemperantiam, & ἀσυλγῆα infanda has lienoſas Calamitates accerſerunt: ita ut nedum Ætas præſentanea Hypocondriacis paſſionibus graviſſimè affligatur; ſed etiam futura hæreditario jure deteriores ærumnas paſſura eſt: niſi in Sex rebus neceſſariis extraneis juſtior modus obſervetur, hoc ſanè membrum, ſi ſanguinem defæcatum ac meatus liberos. & fermentum genuinum ſpiritúſque Vegetos obtineat ſanitatis fructu abſoluto, Imagines veras, ac Idæas amæniſſimas gignit: non aliter quam Speculum Diaphanum cuncta objecta

plane

plane repreſentat: è contra ſi quando à ſuccis apoſtulantibus vel quibus vis cruentis conſpurcetur, ſordibus obſtruatur, conſtipetúrve Zymoſeos debitis limitibus oberrat: ſi ſpiritus ejus vapeſcent ac flaccidi ſunt, ſi ſuccorum pravorum ſpinis, tribulis, aculeíſque exaſpiretur; confeſtim Morborum caterva numeroſa ingruet, Cogitationes abſurdæ, pravæ, melancholicæ, deliræ, veſanæ cuduntur, Caligine ſuffunditur Archeus, hinc nihil rectè apprehenditur, indicatur, deſideratur, recordatur, vel intelligitur, quapropter licet in ſingulares uſus ac egregios fines datus eſt nobis Lien; attamen per noſtram Diæteticam Ataxiam, omnino depravatus; unde excrementorum ſentina, & cruoris degeneris colluvies factas ſit.

10. Acidum Digeſtionis fermentalis inſtrumentum in Stomacho eminet, in aliis verò culinis quoddam *Alkali Hetoroclitum* particularibus cujúſque partis uſibus ſubſerviens deſtinatur, quod per Arterias in ſingulas officinas tranſlatum, pro vi Topi-

ca innata ejuſdem loci in hoc ſpecificum peculiare fermentum tranſmutatur; & quaſi ſigillatur idioſyncraſis Hoſpitii in quod admittitur.

Quemadmodem enim Lien Ventriculo protopeptico materiam in Acidum facilè convertibilem digeſtivam adminiſtrat, ita Lieni aliiſque Ventribus inferioribus, Arteriæ ſanguine turgeſcente ſpiritibus impetuoſis ſaturatæ *Alkali* Urinoſæ Indolis emittunt, quod pro particulæ uſura, exigentia, ac neceſſitate, variè diſponitur, ac alteratur. Hujus *Alkali* Baſis in Inteſtinis tenuioribus, fellis poteſtate commutativa, primariò inſtituitur, deinde in vaſorum Pelicano per Jugem rotationem emundatur, exaltatúrque ad debitam Entelechiam. Partes, tum ſolidæ, tum fluidæ, hoc ſale ſcatent, quod Pyrotechniæ medio manifeſtum fiat in ſanguine affatim continetur defæcatiſſimum è quo Spiritus Animales proportionaliter conformantur. Quapropter quicunque ſanitatem integram labeſcentémque reſarcire ſtudet: quod cum

Archeo

Archeo ſubtiliſſimo affinitatem maximam, & congruitatem teneat, volatile comparare laboret: quodque ob ſuaviſſimam concordiam facillimè in eandem ſubſtantiam Ætheream convertitur, atque identificatur. Atqui hanc Provinciam ſuſcipere durum eſt, nec omnibus contingit adire Corinthum. Qui hoc molimen aggreditur Phyſiologiæ gnarum eſſe oportet. Naturámque imitando ab ejus operatione ordiatur: idcirco per fermenta idonea putrifiat Materia Microcoſmica accommodata per adjuncta, purum ab impuro ſeparetur, alteretur, digeratur, per circulationem provehatur, compari connectatur, ac tandem ad ſummam volatilitatem provehatur. Cui ita favet Omnipotens ut hujus Menſtrui Philoſophicam παραδόξου acquirat clavem ad plura Arcana Medica reſeranda adeptus eſt, quippe Archeus ſuo ſimili gaudet, eóque fortificato quicquid ſit ei hoſtile domatur promptius, necnon foras ejicitur: ità quidem revera hæc eſt legitima

gitima ſanandi Methodus. Auram ſcilicet vitalem confirmare, ſuccos degeneres reſtituere, ſorditiam eluviémque Morbificam, per omnia Emunctoria exterminare.

11. Hujus Animalculi ſanguinem ab alterius Canis ferociſſimi morſu, cujus coagulatum fuiſſe ob effæta fermenta rationi non diſſonum eſt. Hoc autem conjectura anguror, quoniam aliquamdiu ante hanc læſionem dentalem, non tam alacris & agilis videbatur, ut antè, neque æquè vorax; quod ut ſignum ſumitur Stomachum malè habuiſſe, ejus inſtrumento deficiente, unde opinor Cacochymia aborta; ab hac injuria externa damnum deterius paſſum fuiſſe. Ideo Acidum aliter fieri non poteſt, quin cum in Stomacho peſſimum ſe habet *Alkali* volatile; etiam pervertatur, induátque proprietatem corroſivam, putrefactivã, congelativam, hinc puſillum detrimentum ab extra noxam aliquando inſignem

nem per accidens inferat. Id ſatis teſtari poſſunt, qui in Diætæ notitia mediocriter inſtructi fuerint: quam levi nonnunquam occaſione hi incommodum deforis patiuntur, ſi πεπάθεια in Digeſtione erret; quam ſubitò ab ingeſtis opprimuntur; quantillum Vini caput illorum tentat, & ab ambiente frigore, alias innocuo, expedite ſanitas violatur, hoc modo laténſque morbus crebrò in lucem prodit, quem vulgus huic cauſæ exteriori proximæ excitatrici, ut plurimum inargutè aſſignare ſolent: neglecta ratione intrinſeca conjuncta; nempè Archei ſtomachi Ataxia, quæ totam deinde Oeconomiam confundit.

13. Pronunciare

12. Pronunciare non hæſitamus meatus eſſe cæcos (à Lynceo Anatomici oculo hactenus non detectos) in Ventriculi tunicis ſubtiliter contextos, per quos liquores vel ſucci tenuiores demittuntur, nec non intromittuntur. Aſt quidni concedam eſſe probabile hoc vas membranoſum eſſe pervium, æque ac Inteſtina, per quæ Chymum traduci non dubitamus: attamen tubuli iſti pro tranſitu iſtius ſucci lactei, & excrementorum rejectione, aciem noſtram effugiunt. Cadaverum Antiqui exploratores vaſis brevis in Stomachi tunicas à Splenico ramo propagati ſæpenumerò mentionem faciunt, perque hoc volunt tranſire in Ventriculi cavitatem, cruorem; qui ſubinde per Vomitum rejiciatur. At enim hæc ſpeculatio ſanguinis circulationi repugnat. Quare veriſimile eſt ad Arterias ſanguinem refundi, qui extra Vaſa repentè coagulatur; per os egeritur: quinimò quicquid ſpeculor humoris vel vagans per ejus foraminula à Stomacho extemplò egreditur, in Venas Gaſtricas & Gaſtro-epiploicas amandatur. Quodcunque in hanc culi-

nam trans parietes illius membranoſos admittitur; Fiſtulæ pulſatiles ejaculantur, quæ Lienis vicem in hoc Animali geſſiſſe aſſerimus: Inſtrumentum Digeſtionis futurum Alkali ſuppeditantes, in hoc Acidum excellens fermentale expeditè tranſmutabile; quod etiam ex Ditione Stomachali in Inteſtinorum Provinciam dilapſum, peculiaris ξυμώσεως fellea dote ingenita, iterum in Alkali convertitur. Hæc eſt circumrotatio atque ſubalterna tum Alkali in Acidum, tum Acidi in Alkali viciſſitudo. Cæterùm utraque in propriis ſuis ſedibus haud rarò à benignitate genuina degenerant: etenim ab inſpiratis, aſſumptis, ſuſceptis, relictis, vel tranſmiſſis impropriâ Vim induunt; unde exotica fermenta Acutorum, ac Chronicorum oriuntur, morborum prodromi. Porro autem Alkali quoddam vel Acidum graduatum ſupra limites, ſemi-acidum, acre, corroſivum Stomachum infeſtat, hinc Anorexia, Boulimia, ſitis vix extinguibilis, Cardiogmos, Nauſea, Vomitus. Hoc Acidum peccans, Alkalique degenerans in ſanguine aliaque parte, vel ibidem

gene

generantur ſeparatim, vel conjunctim traducunt Febres omnis generis, Scorbutum, Hypochondriacam Paſſionem, Melancholiam, Aſthma, Pleuritides, Cephalalgiam, Lethargiam, Epilepſiam, Apoplexiam, Spaſmum, Vertiginem, Tormina, Diarrhœas, Dyſenterias, Dyſurias, Strangurias, Calculum in nidis diverſis fabricatum, Arthritidem, *&c.* excitantes: ad hanc cauſam Occaſionalem extirpandam, ſanandi intentionem penitus dirigere debet fidus Auxiliator, poſtergatis Caloribus, frigoribus, 4 humoribus, complexionibus, & hujuſmodi obſoletis Næniis; quibus religioſe inſipientes *Galenici* cœmeteria ſaginant, crumenas ſuas Ære replentes: Interim depopulatur Mundus, & qui ſuperſtites ſunt enervantur, elumbantúrque.

13. Haud immeritò *Helmontius* pronunciat Deum Membranis Stomachi, Uteri & Meningum admirandas poteſtates indidiſſe: neque omittenda ſunt Inteſtina, quoad motum eorum periſtalticum, qui in hoc Aſpleno præcipuè ſuſpiciendus erat. Enimvero notatis tortuoſis Inteſtinorum Gyris,

complicatis, intricatis flexuris, Tubis exilibus lateribus craſſis, Scirrhum imitantibus, primo intuitu impoſſibile videretur Chymum per hos ductus Mæandratos, minutiſſimos tranſportatum fuiſſe. Qui agitator, qui ductor ſit hujus ſucci lactei, per tot foraminula ſinuoſa, quaſi conglomeratæ Pilæ Palmariæ magnitudinem adæquantia, ſoli Conditori cognitum eſt. Ad hanc ſolam conſultationem recurrendum eſt, Naturam, incidente maxima neceſſitate, in ſui præſervationem, inſolita itinera inveſtigaſſe. Hanc vim impulſivam ſingulis quibuſcunque partibus præſertim Membraneis inſitam ἀπὸ τῦ ἑνοσμῦ *i.e.* Archeo ſeu Spiritibus Vitalibus provenire indubium eſt, qui ad protruſionem, retractionem, dilatationem, ac contractionē villis tum infrigidis tum in ſolidis utitur. Summè ergo cavendum eſt, ne hunc motum partium regularem, tranquillum, quovis modo interpellamus ingeſtis Cacochymis vel propinatis ſolutivis deleteriis, quæ κακοκίνησιν vel δυσκίνησιν perſæpe inducunt. Quippe Archeus laceſſitus corporis Eutaxiam conturbat, omnia promiſcue volutat

(inſtar

(inſtar Prodigi) vitæ theſaurum dilapidat, unde Hæmorrhagiæ enormes, Diarrhœæ extravagantes, aliæque profuſiones veſanæ inferuntur.

14. Splen ridere facit; *i. e.* ſiquidem nitidum fuerit hoc viſcus, ab ulla ſordium labe immune, ritè diſpoſitum, Actiones edit ſalubres, hominem gnavum, mobilem, ſtrenuum, audacem, alacremque reddit; at ſi cruore immundo, acri, lutulento conſpurcetur, Melancholiam, ſocordiam, languorem, triſtitiam, inquietudinem, timorem creat.

Atqui ex noſtra ſit luxuria, ingluvie, deliciis Sybariticis, libidine nefanda tot malis infeſtari Lienem, exinde vitalia toties deteri valetudinemque labefactari. Ultro ſcilicet hæc damna accerſimus, dum Parenchyma ex prima conformatione donis præſtantibus inſtructum, pro laudabili Protopepſi Ventriculi, Materiam adminiſtrans, ſanguini ejuſque Æthereæ exhalationi nitorem inducens, quo Phantaſiæ integra puritas, intellectuſque claritas emergat, per immoderationem miſere violatur. Rebus ſic ſtantibus jucundior futura ſit

multorum Vita; ſi Splen ut in hoc quadrupede puſillo à trunco ſciſſione dexterrimâ disjungi poſſet: ſed cum hoc negatum ſit, fas eſt ut exceſſus ad mediocritatem reducatur; item quodcunque Chylum, Chymum, Cruorem, ſanguinemque, facturam ſalutiferam corrumpat, protinus evitemus.

15. In hoc Aſpleno Pugnacitas, pernicitas, voracitas atque ſalacitas inter alios Canes eminuerunt, quas proprietates inſignes ex parte Lienis privationi attribuere licet. Hoc quidem viſcus ſi valetudinarium exiſtat, vel grandiuſculum; Animalia meticuloſa, ignava, edendi minus cupida & ad Venerem ſegnia, ad greſſum torpida & anheloſa reddit.

His notationibus de Operatione Splenotomica peractis, ad hujus partis Præcordialis Uſus, Actionis, & Energiæ cognitionem jam progrediemur. Veteres *Galeni* ſequaces, Lienem atræ bilis receptaculum deſignarunt; Partem Nobilem exercitio viliſſimo deſtinantes, ac ſi Natura eſſet tam incogitanter ſolicita de reconditorio peſſimi excrementi, in Centro Cor-

Corporis locato; quod non poteſt quin odore fœtido, Stomachum, Cor, Sanguinem, Spirituſque graviter offendat; Nephiticamque exhalationem jugiter expiret in Vitalium Eclipſim. Certè hoc Dogma quod per Centurias annorum aliquot traditum cuique oſcitanter, ſine ulteriore indagatione ſubſcripſerunt, ejuſdem eſt farinæ cum felle quod etiam inter humores rejectaneos ſordidos annumerârunt. Nunc temporis ab emunctioribus rerum exploratoribus, Humores Quaternarii rejiciuntur; Biliſque tam atra, tam flava, propriis ſuis ſedibus repoſita, juſte exploditur. Et ſi quando hujuſmodi impuritates ſub nigri, vel flavi larva alicubi appareant, Chyli, Chymi, Laticis, Cruoris, vel Sanguinis defectiones, ac degenerationes concludimus; quæ per accidens producuntur: non ex Naturæ intentione, neque loca peculiaria his ſuccis ſpuriis primario deſtinata fuerunt: licet non inficiamur, lutulentam, virulentam, ac deterrimam fæcem ex Digeſtionis errore oriundam in Liene crebrò ſtabulare, unde mille mala toti inferuntur.

Hippocrates ſerum ſuperfluum ex Ventriculo, Splenem emulgere concedit: quæ Opinio veriſimilis videatur, ſi ſitum ejus accumbente ſibi ventriculo, texturam ſpongioſam exuctionis magis capacem, vaſorumque ubertatem contemplemur.

Arabes volunt humorem in Splene gigni, ex ſua nutritione reſiduum; quod ad Ventriculi appetitum acuendum comparatur.

Hofman contendit hoc viſcus Chylum terreſtrem, lutoſum trahere & in ſanguinem vertere: ita ut vice alterius Hepatis, ſanguificationi inſervire aſſerat.

Riolanus exiſtimat Splenem, limoſum ſanguinem attrahere ad ſui Nutritionem; inde ſerum quoddam particulare fermentativum per Arterias Splenicas effundere in Ventriculum: cujus bibulum Parenchyma per venas elicit, & emungit ſuperfluum liquorem ex Ventriculo, ut melior fiat concoctio. Hic ſane videtur juxta noſtram ſententiam, veritatem in hac Opinionum diſcrepantiâ potiſſimum appropinquare, cumque *Helmontii* per-

Perſpicaciſſimi mente conſenſum tenere, qui lucidat Lienem ſibi ſoli coquere, duplici Stomacho adminiculatum uno, protopeptico, altero Arteriali; hic ſanguinem, fermento vitali prægnantem, in ejus Parenchyma deducit, quod poſtea ipſi ventriculo proprio impertitur, ad Digeſtionis functionem rite obeundam; à cujus fœlici actione dependet Splenis integritas; dum non tantùm ſtomacho fermentale Inſtrumentum maximâ ex parte ab Arteriis mutuatum attribuit, ſed etiam humiditatem exceſſam ad ſe trahit, & exonerat, ut Euchymia abſolvatur perfectior; imo à quibuſdam volatilibus congruis Spiritibus ſibi conjunctiſſimis ingeſtis in momento ejus Archeus delaſſatus reficitur, & indignatus placatur.

Tanta eſt inter Stomachum & Splenem, Arteriaſque (quæ *Ariſtocraton* ab *Helmontio* merito duumviratu appellatur) neceſſitudo ſtricta; ut alter alterius continuò poſcat opem, utriuſque Bene vel Malè eſſe mutuò concatenato. Præterea nedum contactu materiali ſeſe invicem afficiunt, quin

quin poteſtate radicali, alius alium, reliquaſque partes remotas movet; & in meliorem, ſeu deteriorem ſtatum pro objecti diſpoſitione alterat, quæ Regiminis Actio huc uſque ſtetit neglecta. Hoc viſcus Blas (derideat Momus nil moror) vel influentiam fauſtam vel infœlicem prout moratum eſt, nunc in Pleuram, nunc in Pulmonem, Aſperam Arteriam, Gulam, Caput, Inteſtina, juncturas Artuumque extremitates ejaculatur. Stomachi Eutonia & Euchymia, deinceps ſanguis laudabilis conſiſtit in hujus partis præcordialis inculpata, vel violata Soſpitate. Neque quævis functio Animalis probe expleri poteſt, niſi eidem benevole Lien aſpiret. Etenim non modo in Balſami rubicundi Baſi primitùs firma ſubſtruenda coadjuvat, quin inſuper idem Arteriali licet benignitate, à cacopragia ejus prompte diſturbatur, utpote à corporali contactu, vel ſpirituali effluvio ſuccus inceſſanter in vaſis circulatus afficitur, alteratur, fermentatur, exaltatur, vel in virtute deprimitur, prout aſpectus Saturnini hujus aſtri benevolus ſit, vel ma-

malignus. Neque quod tot calamitates diras truculentaſque in hoc microcoſmo excitet, propriæ ſuæ genituræ principio inſonti aſſignari debet, at à noſtra luxuria prodigioſa hanc dyſcraſiam provenire fateri cogimur. Quapropter ab Immoderationis ſcaturigine, Mala neoterica in hanc ſcenam prodierunt; nullis præterquam nuperrime repertis Remediis ſuperanda.

De morbis Splenis tractaturus, eos vixdum annumerare valeo; utpote paucæ ſint calamitates, quæ non in hoc viſcere, vel primario vel ſecundario ſedem ſuam elegerint. Iſte unà cum Stomacho, (hinc Duumviratus inſtituitur,) quarumcunque Ægritudinum internarum fabricator, Vulcanuſque præcipuus, primitivus, meritò cenſendus eſt: eo infixi tribuli, ſpinæ morbiferæ, ac Aculei quæ Archeum defaciant, exacerbent, dilacerent, ac compungant: tot tantique aditus ſunt ut nulli niſi adepto detur, damna quibus illinc indies obnoxius eſt, reconcinnare.

Qualitèr ſit turbæ *Galenicæ* opprobrium Quartana, quivis Idiota ſatis norit,

rit, cujus commoratio in ſiniſtra Hypochondria Anteſignanus ab omnibus conceditur. Nec minùs angit Dogmaticos Scorbutus, qui hodie graſſatus vulgaria diſpenſatoria Medicamenta uſitatè eludit. Univerſaſque noxas quæ nos infeſtant, à capite ad calcem, à Duumviratu exoriri teſtantur Philoſophi Spagirici, *e. g.* Cephalalgia, Apoplexia, Vertigo, Epilepſia, Spaſmus, Delirium, Melancholiam, Inachus, Catalepſis, Coma, Lethargus, Paralyſis, Phrenitis, Mania, Hæmorrhagia Narium, Angina, Aſthma, Tuſſis, Hæmoptyſis, Pleuritis, Strumæ ſeu Scrophulæ, Atrophia, Cordis palpitatio, Lipothymia, Ephialtes, Cancer, Cardiogmos, Anorexia, Pica, Polydipſia, ſingultus, Nauſea, Vomitus, Paſſio Hypochondriaca, Cholera, Colica, Cœliaca, Iliaca Paſſio, Diarrhœa, Chordapſus, Hæmorrhoidum externorum dolor, & internorum fluxus, Meſenterii obſtructio, Inflammatio, Abſceſſus, Hydrops, Icterus flavus & niger, aliquot Renum morbi, & ipſe Calculus, Dyſuria, Satyriaſis, Vaſorum Spermaticorum læſiones, Ataxia uteri, Lues venerea,

nerea, Arthritis, omneſque Febres; ipſaque Peſtis cauſam obtinet vel effectricem, productricem vel fotricem in Splene, conſentiente Stomacho.

Quapropter ſanandi peritus debet hunc nidum νοσοποιὸν reſpicere, ubi pleraque Vitæ incommoda incubantur, excludantur, educantur, quæ immature ſuccidantur, in Vitæ perniciem adoleſcunt. Idcircò ſpinoſam ſorditiem lutumque exacerbans, quaque verſum per omnia Emunctoria, Emiſſaria, vel Chomata convenientia, quo Natura Orgaſmum indicet, exportare expedit, hic per Vomitionem, illic per dejectionem inteſtinalem, non raro per urinas, ſudoremque; aliquando per multam Spuitionem, vel Hæmorrhoides internas: quæ hoc Organum ſupra omnes evacuationes alias, cum Euphoria impendiò exoneret. Quinimò *Archeo* Remedia Sulphurea aſpectu ornatiſſima (quibus quaſi Magica incantatur ejus excandeſcentia ſuique diſplicentia complacetur) applicari debet.

Nec

Nec omittenda eſt ſi fieri poſſit, Idearum exoticarum obliteratio, item Tincturæ morboſæ, cœu dibaphæ, decoloratio, quæ infirmitates noſtras refractarias, effrænatas, vix ſanabiles crebro inferre animadvertantur.

Hujuſmodi auxilia Labor Sophiæ *i. e.* Chymiæ rectiſſime ſuppeditat (non excluſis Specificis in promptu, ſine arduâ, vel ſeplaſiarii ope, qualia quòd creârit, omnipotentem magnificamus) Hæc Ars ab omnibus legitimis Medicis celebranda eſt, quatenus purum ab impuro, triticum a paleâ, granum à ſiliquâ, Nucleum à Nuce ſegregare nos redocet, quæ inferioris claſſis concreta ad gradum ſublimiorem evehere, occultum facere manifeſtum, Dotemque rerum in tenebris ſepultam in lucem proferre dirigit; quæ reſolutionis, atque coagulationis poteſtate antiſplenetica juvamina fabricare indigitat. Profectò ſi pagina Divina projectionem Margaritarum ante Porcos non prohiberet, ne conculcarent, & Authorem dilacerarent, (ſilentia tribuit ſanatori Minerva Pythagorica)ni pro noſtris Certationibus,

Con-

Conaminibusque physicis pessima retributio fieret;(porro præterquã quod Pythagoricorum more quivis Artifex, multo magis Medicus, suæ professionis Arcana reticere, ac obumbrare juramento teneatur) plurima Remedia ingentibus laboribus impensisque pacta, expandere non ægre ferrem: Ut ut obstent hæc recogitata ex charitate constringor nonnullas salutiferas instructiones describere quibus Splenica contumacia incommoda mitigentur si non penitus aboleantur.

Imprimis idcirco Emeticum lene, omni malignitate privum exhibeatur; quod unâ, eâdemque effectione, Archeum roboret, Materiamque Nosopœam excludat; juxta ejus Orgasmum. Ad hoc apte quadrat ʒnium peritè tractatum, ex quo meteorizato, flores purpurei, subrubei, subfusci & albi fiant: hi probe correcti sordes passim adoriuntur, atque foras opportunè eliminant, absque vitalium depauperatione. Parandi rationem quærat Lector à Glaubero. Admoneo vero ut vasa sublimatoria sint valde capacia, ut fumum Sulphureum à primis

mis aſcendentem ſpiraculis datis liberis promptius excipiant. Inter ſingula quæ hucuſque recognovi, nil ♁nii virus aliorumque deleteriorum Purgantium magis emendat, quam verum ♂ vel ☿ Sulphur. Hoc modo in viribus gratis exaltantur ſolutiva radios ſoſpitales ad Lienem expeditè emittentia in ſani præſervationem, corrupti verò ſeparationem. Sulphur flavum vel ſubrubeum optime purificatum, Duumviratum à ſcoriis perbelle expedit, ſine nervoſitatis conquaſſatione. Cum Acido, Acri vel dulci ſale è floribus ♁nii ſubfuſcis tinctura elicitur, quæ Alkali volatili in Spiritum vitalem facilè convertibili connexa, ſuccos corporis pravos cum Euphoria, à præcordiis electivè, foras exigit. Leniter exoneratis partibus præcordialibus à fæcum ſaburra; quæ per cutem, Renes, Alvum, per fauces ac Hæmorrhoides recrementa amandent, petenda ſunt: non omiſſis quæ Acidum excellens extra locum edulcorent, indolemque morbi pravam, Virtute ſpecificâ, debellent.

Lac

Lac Sulp. ♁ perpurgatum, eſt inſigne Diaphoreticum, nec non, per clavum Apoſtethicum. Tinctura ſulph. nequaquam ab Acidis caſtrata, ad Peripheriam corporis, Materiam vitioſam à centro arcet, Splenis fermentum aberrans in rectam conſtitutionem reducit; Archeum ejus illuſtrat, Spiritum ſilveſtrem explodit, inquietudinem placat, dolores mitigat, Præcordiorumque coarctationem dilatat.

Martis ſulp. fixum ſapore minime aſtringente aut auſtero ſed placido imbutum, Sordes in Duumviratu lentas, craſſas, viſcoſas abſtergit, attenuat, obſtructiones aperit, flatus diſcutit, Digeſtioni ſuccurrit, expectorationem promovet, Urinam ciet, Scybala egerit, hilarem, agilem, ſtrenuumque hominem reddit.

Sulphur Martis ſublimatum conſtat ex ſul. vivo pulverato & ♂ limatura benè in Catino Tuſco permiſtis, atque ignis vi in vaſa invicem ſuperpoſita eleventur. Hujus ſulph. gr. x vel ſcru. 1. cum ♁ diaphoret. gr. 6 vel 8 ſal. tart. gr. 5 Alo. Elix. q. s. ut Pil. 3 vel 4 fabricentur. Eſt egregium Antiſpleneticum, Antiſcorbuticum Remedium. Sulph. vivum cum ſale marino decrepitato, probe contritum, bis vel ter in fictilibus appoſitis ſublimatum, valet adverſus Hypochondrii ſiniſtri dolores. Per Diaphoreſin, ſputationem frequentem, ac mictionem, noxia profligat: in Peſte eſt efficaciſſimum. Doſis gr. v, x vel xv. in congruo vehiculo.

☿ crudo, ſal. ✻ fixo, & ſulph. ſubflavo pulveri ſatis per minima conjunctis, repetitim in ollas coctiles elevatis, Igne tandem adaucto in fundo apparebit Pulv. fixus, rubicundus, aſpectu gratiſſimus, qui à gr. 2 ad 5 in Hypochondriacis, Scorbuticis, malignis, aliiſq; calamitatibus Splenicis, perturbatis, fœlici ſucceſſu frequenter exhibetur in Syrupi cujuſvis Cardiaci cochleari: per Diapnœam occultum vel manifeſtum laticem vitioſum exterminat; Acidum, Acre, vel Auſterum pene ἀπύρον efficit, qualitatum exceſſum moderans, violentiam liquorum retundens, præterea alvum nonnunquam cum profectu ſolvit, Lienis excrementa lutoſa præcipitans, ſi prædictis ſpeciebus ſubjungatur ☽ vel ☉, alterutrum Amalgamatum cum ☿ pulvere acquires leucophæum, multo priori præſtantiorem, diſtillari. ☿ multoties meteoriſatus, repetitis vicibus in ſpirituoſam ſubſtantiam, ſine ulla labe converſus; plurima nocumenta Cacoethe, ab Hypochondriis oriunda domat, concretiones contumaces reſolvit, in loca remota penetratus, ſerum urentem pungitivum, fodicantem, agreſtem retundit, manſuefacitque. Spiritus ſalis, non qui vulgò proſtat, Phlegmate ſcaturiens, atqui totus Pneumaticus adeoque volatilis ut Cameram quaſi fumo ejus Gas illico repleat. Hic Spiritus Stomacho, ſplenique oppido amicus eſt, Hyperzumoſin compeſcit, ſanguinis Zeſin confutat, Naturæ hoſtilia ſoluta huc atque illuc vaga peſſum ire facit: eſt Adyſon Diureticumque inclytum.

Spir.

Spir.& ſal * atque oleo Vitrioli,interventu tertii unitis confectus fragrantiſſimum odorem ſpirat,qui in Præcordiorum perturbationibus haud exiguam ſuppeditat opem. Spir. C. C. Eboris, Oſſium Humanorum, &c. ſi abſque Empyreumate nauſeabundo, Phlegmate inutili, vel oleo graveolenti apparetur, ejuſque appetitus famelicus prædatorius aliquatenus ſatietur, Febres tum ad ſtatum feſtinantes, tum lente progredientes, Scorbutum, Hypochondriacas conflictiones alioſque Morbos atroces gradatim debellat. Cæterum annotandum eſt ſextupla quantitate inſtante ferocia mali hos Spiritus propinari debere.

Sal tart. volatile quoad Splenem mira præſtat (ut oſtendit *Helmont.*) *omnem è venis amurcam detergit, & obſtruentium contumaciam, diſpergitque Apoſtematum ſuſcepta Conciliabula, quonam hoc non attigerit, vix alius potentior perveniet.* Item alibi idem Philoſophus exprimit. *Fixa Alkalia ſi volatilizentur, magnorum Pharmacorum poteſtates adæquent. Quippe vi Inciſionis, Reſolutionis, & Abſterſionis delata uſque ad limen quartæ Digeſtionis, tenacitatem coagulatorum in vaſis, fundamentaliter tollunt.* Hoc eſſe verum Adepti norint, utut obganniant *Galenici* Miſochymici, vel Pſeudochymici, qui veritatem oppugnantes linguis mendaciſſimis impediunt, quo minus hæc ſcientia utiliſſima, in majorem æſtimationem expeditiùs provehatur.

Sanguis Hirci abſciſſis ſuis Teſtibus e-

missus, exsiccatus valet specificè adversus Pleuritidem, à Splenis exorbitantia originem ducentem.

℥nii Sulph. præcipitatum Diaphoreticum existit, Pharmacum illustre longè præferendum ℥ Diaphoret. vulgari: quippe Bezoarticus vires potentiores obtinet, contra omnes Febres violentas, Pestiferas ab Hypochondriis genitas fotásque; Radium splendidum ad cerebrum, nervósque dirigit; quo singulæ ejus facultates refocillantur, Sanguinis spinas, ac tribulos venenosas perimit. Gas Sylvestre cicurans, usquequaque per cutim noxia diffundit.

Oculi ℈. prosunt in febribus, Peste, Lienis afflictionibus, Lithiasi, contusionibus: hos pulvere tenus sumere licet, vel in Acido aliquo liquore dissolutos.

Elixir Propriet. *Helm.* juxta mediam viam ordinatum, tam quartanam, quam continuam febrem statim absolvi enarrat. Quàm generosa Energia dotatum sit hoc Medicamen, in Subtercostalibus Ærumnis quivis solers ex Historia ibidem P. 352. tradita promptè comprehendere possit.

Elixir Propr. nostr. non contemnendum est Remedium contra plurima mala effræmata à Duumviratu emanantia, aperit, attenuat, resolvit, Flatus discutit, ad digestionis εὐπεψίαν oppidò conducit, Sanguinem depurat, succorum putrefactionem reprimit, Menstrua supra modum retenta deonerat, eadem immodicè profluentia, causam irritatri-

cem

cem amovendo tutò refrænat, Partum difficilem facilitat, acceleratque,imo fœtum extinctum ex utero enixum propellit, prout ipſe exploravi maximo cum ſucceſſu, aſtantium coronâ ſuſpiciente effectum ejus fauſtum feſtinatum. In hoc autem ſtatu doſis perampla adminiſtrari expedit,aliàs in arduis vix ſcopum attinges.

Eſſen. noſtra Stomachica aliis Pharmacis extra ſuprema Arcana merito Palmam præripiat. Nec enim Agyrtam ago, prout Chymiæ Oſores, hujuſmodi contumeliis mendoſe me inceſſunt, ſi affirmavero hoc Alexiſtomachon,Pharmacopœæ totam Galenicæ farraginem, communiori uſu, ſecuro, ſalutari, efficaci, præſentaneo, jucundo longe ſuperare: Quatenus illa Stomachum infirmitatum Mineram, Fontem, Radicem, ac Uterum plerumque lædat: Hæc ejuſdem Tonum, vigorem facultatemque fermentalem conſervat. Nemo non reſpirans Alexiſtomacho indigeat, & ſi capere poſſit ſine præjudicio, ac Phantaſmatum, vel Dogmatum præoccupatione, commodum ad Splenicas miſerias capeſſat, ſuccum Apoſtatum paſſim uſque ad Cutim diſpergit,flatus effrænatos erraticos profligat exploditque, Laticem immitem, Acetoſum, Acerbum, Auſterum, Acrem pro modulo demulcet,ad remota tranſigit; in vaſis ima cum ſanguine circumgyrata, exiſtit Diaphoretica, Diuretica, Apoſtethica, Lateris Colique doloribus nec non Torminibus auxiliatur. Cardi-

acam esse experimur, ac Antilipopsycham, Antiscorbuticam, Antimalignam, Antipyretam, Antidipseticam, Hystericas passiones sedat, coagulationes, ac grumositates dissolvit & abstergit, pectus coactatum expandit adversus Ideas Melancholicas, Motus enormes Hypochondriacas, Cachexias, Hydropes, Atrophias; sumptio illius assidua Cerebrum, Nervos, Fibras, Membranas, lumbosque stabilit, Memoriam restaurat. Exterius usitata Balsamica medicamentosam explicat virtutem eximiam; in Vulneribus, Ulceribus, Ambustionibus, effervescentiis valet: comperi Anodynum esse spectabile, Antiodontalgicum, Gingivarum corruptioni resistens, omnes denique partes externas refocillat. Dosis à 10 ad 100 Guttas, in potulento fortiori sæpe indies præscribitur. Pil. nostræ Polychrestæ in Malis Splenicis universis, solutivis, adaperientibus, aut corroborantibus vulgaribus, sine injuria præferendæ sunt. Magni Morborum Catalogi domitioni integrè conducunt. Nullum laxativum deleterium comprehendunt, neutiquam sane quid Rhabarbari, aut Senæ germanum; Everrendo, emaculando, reserando, confirmando, Vitalem succum depurando, sine virium detrimento, vel Stigmate pravo superstite perfunguntur; quodque Medico dignum censeatur peragunt. Duplici Sulphure constant, naturæ sociali, cui adeo indulgent, ut licet millies horum globulorum justam dosem aliquoties quis sumat, nullam abinde innati Roboris

deper-

deperditionem notabilem ſentiet. In febribus Enematis vicem præſtant, effectu verò multo ſecundiori, noxâ agitata à Centro ad Peripheriam, aliquatenus illam abigens. Harum Dos Antiſcorbutica eminet, neque negligenda eſt Antihydropica proprietas. Hæ Pil. Eſſent. Stom. coadjuvante plurimas familias à Seplaſiariorum quiſquiliis. Jugis Polychreſt. uſus Luem veneream emarceſcere, etiam evaneſcere faciunt, vires miſerè degravatas, fractaſque, integras cuſtodiunt. Quanquam ſuſque deque quivis habeat quâ horâ, impellente occaſione, eas ſumat: attamen tempus Veſpertinum ante perparcam cœnam agnoſcitur opportunius. Quoad quantitatem binæ vel 3 Pil. inſtituuntur, tum ferò tum manè pro re nata ſine ulla Diætæ ſtricta obſervatione.

Jam tandem Splenologiæ Colophonem addere convenit, optoque ut hæc Documenta Phyſica tibi, Philiatre, ſuggeſta boni conſulas.

Appendix Medicinarum aliquarum Georgii Thomſoni *Med. D. cum Virium inſignium explicatione, uſu atque doſi quas ipſe breviter deſcripſit: Cum multis aliis ad eundem modum elaboratis per me* Richardum Hope.

Eſſen. noſt. ſtomachica vel Alexiſtomachon protopepticon corroborat, fermenta invigorat, ſpiritus refocillat, lienis vitia corrigit, flatus diſcutit, gas ſilveſtre compeſcit cicuratque, laticis acorem, ſuccos degeneres urentes mulcet. Partes ejus ſubtiliſſimæ vaſa perniciter tranſeunt una cum ſanguine circumrotatæ, quem à ſordibus liberat. Poros cutaneos recludit, qua plurimæ exhalationes nocuæ proſcribantur, ſic evadit Diaphoreticum elegans. Renes ſolatur urinam provocans, arenæ geneſim prohibens genitamque diſturbans, Dyſuriam, ſtranguriam mitigat: lateris cruciatibus ſubvenit, colico dolori atque torminibus opitulatur. Celebratur Anticardiacum eximium nec non Alexipharmacum, ſpirituum jacturam reconcinnat à lipothymia conſervans. Exploratur Antiſcorbuticum præſtantiſſimum malignitatem ejus cohibens, acidum conſequens indivulſum retundens: antipyreton ſingulare expertus ſum, febrium male moratam indolem ipſamque peſtem aliquatenus ſubjugans: eſt optimum antidipſon quod unquam perveſtigavi (nam quendam ſiti præternaturali hæreditaria annis amplius 21 moleſtatum ſolide

lide ſanavit) calidi vel frigidi exceſſum temperat, cauſam efficientem adimens. Cum antihyſtericis annumeretur, uteri ſuffocationem, indignationem, ac furorem compeſcens, fluorem album corrigit: coagulata quaſi glaciata contracta diſſolvit, colliquefacit, refigit: cruda coquit, phlegmata lenta abſtergit, obſtructiones aperit, nauſeam nec non vomitum reprimit. Dyſpnœæ, aſthmati ſuccurrit, in animo à paſſionum melancholicarum exhalationibus atris obnubilato ſerenitatem creat. Hypochondriacas vexationes placat. In cachexia, hydrope, arthritide, atrophia valet, hujus deglutitio uſitata cerebrum, nervos, membranas, lumbos, memoriam, cunctóſque ſenſus firmat, refocillat.

Porro Eſſentia noſtra partibus externis accommodata energiam illuſtrem ſibi vendicat, vulnera recentia curabilia; itidem ulcera modo non valde cacoethe conſanat, exiſtit enim maxime Balſamica, quare repetita ejus inſtillatio ſuper Ambuſtiones, incenſiones, loca concremata veſicis turgidula laticem acerrimum edulcando lenit.

Facultatem anodynam antiodontalgicam aliis præferendam obtinet, nec ſolum graviſſimos dentium dolores ſedat, ſed pariter à carie ſoſpitat, gingivarum putredinem prohibens: imo cujuſvis partis cruciatum minuit Archeo topico arridens, ſi quando aliquot guttæ in ampullæ fundo concavæ exceptæ membri regioni afflicti abſque mora applicentur, multoties reiteretur hæc applicati.

Quan-

Quantitas exhibenda amplam latitudinem comprehendit: ab una ad portionem decuplam, ſane ad vicecuplam ſine aſſumentis injuria tantilla extendatur, prout morbi magnitudo poſtulet. Ego quidem aliquoties in acerbiſſimis anguſtiis 5, 6 vel 7 cochlearia in appoſito vehiculo cum inſequente integra medela, ſaltem perpetuo levamine ægrotis unius horæ ſpatio propinavi.

Doſis conſueta 20 30 40 50 60. guttæ inſtituitur in quolibet liquore ſpiritus prægnante, utpote cereviſia forti, zytho & (ſi lubeat) vino vel hauſtulo electo palatum delectante. Potationis tempus diſtricte circumſtare non expedit, nam quavis noctis vel diei hora abſorbere licet, ſi quis nuncubi fuerit cacoſtomachicus, triſtitia vel torpore affectus, dyſpepſia, flatibus, doloribus Hypochondriacis, torminibus infeſtetur. Opportunitas ingerendi imprimis conveniens mane ad invaletudinis præcautionem, item extemplo poſt prandium & veſperi præſcribitur, (at intervallo inter paſcendum ordinato pro lubitu abſtineat niſi valetudinarius appetat vel emergat neceſſitas.) Obiter annotandum eſt hoc nobile remedium imparem operationem pro ſubjecti diſpoſitione aliquando edidiſſe: tametſi ſcilicet vomitionem tædioſiſſimam reſtringere valeat; attamen (ſi ſordium vitioſarum ſaburra repletus fuerit ventriculus, ad impuritates rejiciendas etiam ſubinde ſed rarius ad dejiciendas) Archeum fortificat: id autem apprime accidit, quando medi-

medicamenta Mercurialia vel chalybeata ordinaria imprudenter antea oblata nec non peſſime parata devorata fuiſſent.

Contriſtor quidem cum revera contemplor chymicophantas mimos noſtrum polychreſton inclytum lucelli ſpe fore ſuppoſituros, quaſi umbram pro ſubſtantia venditantes: ſaltem inertes voluptatibus dediti ſi illis innoteſceret genuinus parandi modus, perarduum ejus opificium propriis digitis (nam aliis concredere alea plenum eſt) vix aggredientur: hac ratione Eſſentia noſtra abuſus damnoſos partim ex inſcitia ignaviaque, partim ex nequitate quorundam ſcurrili pati periclitatur. Hæc incommoda ut quadantenus prætervertantur, pro virili operam dabo, quo magis legitimi artis filii veram hoc remedium defæcatiſſimum concinnandi methodum indagare incendantur. Eatenus ergo (uti Chymiæ decus permittat) conciſam ſed fidam deſcriptionem tradere non gravabor.

℞ Materiæ fluidæ à microcoſmo ſequeſtratæ ac putrefactæ q. ſ. octies, nonies, vel decies (prout res exigit) calore leni diſtilletur: ſingulis diſtillationis vicibus admiſceantur particulas volatiles corrigentia atque mundificantia: hunc ſpiritum probe defæcatum, per digeſtionem menſis circiter ſpatium ſymbolicis congruiſque ulteriùs clarifica, donec ſummam puritatem adeptus fuerit: deinde fac ut ſemel, bis, vel ter (pro requiſitis) atomi ſubtiliſſimi lento igne aſcendant:

tendant: huic liquori illibato indefinenter alta petenti ſalis Tartar. volatilis legitimi portio adjiciatur: ſemel iterum calore quo poſſibili manſueto in recipiens commode adaptatum eliciatur ſpiritus paratus ad omnia æthereæ indolis, qui cum vitalibus noſtris affinitatem maximam concordiamque intimam tenet. Qui hucuſque ad tam nobilis menſtrui fabricam appulerit, prompte deinceps (ſi Helmontii ſophiam mediocriter intelligat) ad ultimam ſuæ intentionis metam abſque ductore progrediatur. De ſal. Tartar. volatilizatione Doctoris Starkæi Philoſophi inclyti pyrotechniam conſule.

Aſſidua materiæ medicæ longa dierum ſerie ἀυλόχως tractatio ejuſque in meum individuum ingeſtio Remedia plurima εὔχρηστα ſupra captum Galenicum me erudivit: apud quæ non inferiorem claſſem poſcunt Pil. noſtræ polychreſtæ, Tinctur. Emetica, Diaphoræ. Pul. Peſtifugus, Pul. Emeto-Cathar. Pil. Emetocat. Tinct. Sola. Polyacea, &c. Quare in poſterum caveant ambidextri pyrotechnici (ex Helmontio ſolide ſcientifico ejuſque cultoribus veritatem Phyſicam ſubducentes, hanc ſcilicet verbis concinnis ſplendidis ornatam nomine cum ſtili forma alterato pro ſua venditantes) ne vafre promulgent me unum vel duo tantum modò medicamenta efficacia poſſidere. Etenim penes me quadraginta plus cuſtodio quorum infimum centum in ſuo Diſpenſatorio expreſſis quoad reales vires uſuſque ſalutiferos antiſtat.

Pil.

Pil. noſt. polychr. ſulphu. mineralibus ſolerter emaculatis cujuſcunque malignitatis expertibus naturæ conſentaneis redditis conflantur, pleriſque morbis adverſantur abſtergendo, reſerando, ſubtilizando, diſcutiendo, corroborando, ſordes everrunt abſque ulla deleteria qualitate, ſanguinem nitidum reddunt, acidum extravagans, acre, acerbum, aſperum hebetant, retundunt, lævigant, digeſtionem promovent, ſcorbutum ſubigunt eradicantque. Hydropicos levant ſerum ſalſuginoſum quaquaverſum excludentes, item ejuſdem regenerationem prohibentes. Calculi cauſam antecedentem præcidunt, arenam inſuper ſuccos muccaginoſos eluunt, excutiunt: crebra diutina harum aſſumptio luem veneream contumacem, Mercurii itidem inſcite tum tractati tum temere exhibiti malitiam debellant.

Splenis vitia emendant ad febres, vel poſt eaſdem in recidivationes propenſis vitam ſalubriorem conciliant. Totum autem hoc munus ſuſceptum explent, vires inſitas exaugendo, Archeo nonnihil allubeſcendo, partes confirmando, fermenta invigorando.

Pil. 2, 3, 4, 5. Veſperi mane aſſumendæ ſunt, impellente vero aliqua occaſione quocunque tempore deglutire licet: ventrem 24 hor. ſpatio magis vel minus leniter pro materia remiſſa vel ſtricta laxat: tametſi ſcilicet haud penitus per ſeceſſum operetur, nihilo ſecius euphoriam afferunt.

Tinctura noſtra Emeto-Diaphoret. in omnibus

nibus febribus malignis, Diarrhœis, Torminibus, Lateris doloribus, Pleuritide, respiratione difficili, Angina, Cephalalgia, Stomachi splenisque calamitatibus, dotes insignes edit. Cor exhilarat materiamque morbificam expugnat. Perinde est utrum sursum vel deorsum sensibiliter exinaniat vel non, utcunque semper proficua est.

Pulvis Emeto-cathart. morbos acutos Chronicosque superat, excrementa à stomacho, splene (salvis viribus, etiam fermentis illæsis imo instauratis) exterminat : idem præstant Pil. Emeto-catha.

Pulv. pestifugus febrium malignitati obstat, acidum vagum à jure discedens mitigat, exturbat, Diaphoresin provehit.

Tinctura Solaris Polyacea, &c. Naturæ succurrunt, valentque (si quando res exigat) opprobria Galenica infirmare.

FINIS.